Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Opitz

[...] Hoc Est Atrium Linguae Sanctae : Quo exhibetur I. Consilium de Studio Linguae S. ... II. Grammaticae Hebr. Compendium ... III. Textus cum Praxi Hebraeo-Analytica ... IV. Lexici Hebraei Compendium ... V. Index Anomalorum ...

Quarta nunc vice ab ipso Autore recognitum, Lipsiae: Meyerus, 1687

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn767031385

Druck Freier Zugang



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn767031385/phys_0001
DFG

Kupfertitel u. 10 Tabellen.

1614

Cic – 1912.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn767031385/phys_0002
DFG

בשם

חצר

לשון הקדש

HOC EST

ATRIUM LINGVÆ SANCTÆ,

Qvô exhibetur

I. CONSILIUM de Studiô Lingvæ S. feliciter tractando.

II. GRAMMATICÆ HEBR. COMPENDIUM ex Hebraismô Restitutô Dn. D. Wasmuthi cum IDIOTISMIS SYNTACTICIS ET POETICA HEBR.

III. TEXTUS cum PRAXI HEBRÆO-ANALYTICA sec. Regulas vel hujus nostri ATRII, vel Hebraismi Rest. VVasm. unà cum Accentuum Hebræorum repræsentatione.

IV. LEXICI HEBRÆI COMPENDIUM freqventiorum in Codice S. vocum.

V. INDEX Anomalorum difficiliorum ex universô Codice Hebræo selectorum, & in Hebr. Rest. Wasm. pag. & lin. alleg. solutorum.

AUTORE

HENRICO OPITIO,

Sanctæ & Orient. Lingg. in Acad. Kilon. Profess. Ordin.

QVARTA nunc vice ab ipso AUTORE recognitum.

CUM PRIVIL. SERENIS. ELECT. SAXON.

LIPSIÆ, Sumptibus JOH. CASP. MEYERI, An. 1687.

H

R. Dav. Kimchi in fine Michlol.

אשר למד ותורה לו לקנין
ולא למד יסוד דקדוק ולא בן
כמו חורש אשר ינהג שוריו
וידו מבלי מלמד ודרבן:

Qvi discit & Lex ei est *in possessionem,*
Et non discit fundamenta Grammat. neqve intelligit,
Est *sicut arator, qvi agit boves;*
Et manus ejus est *sine baculo & stimulo.*

Bibliotheca Academiae Rostochiensis

LINGVÆ SANCTÆ

CULTORIBUS NOVELLIS,

VERBI DIVINI

IN TEXTU ORIGINALI

SCRUTATORIBUS

PIIS, DEVOTIS, INDUSTRIIS,

RENOVATAM HANC

ATRII LINVÆ S.

STRUCTURAM

DENUO APERIT

OMNESQVE

NON CUM PLEBE EMINUS SPECTARE,

SED

CUM SACRI ORDINIS HOMINIBUS

IN IPSA ADYTA PER ATRIUM PENETRARE

CUPIENTES

ADMITTIT, TESTES AC ARBITROS FUTUROS

OMNIUM, QVÆ INTERIUS AGENTUR.

IISDEM SIMUL

SPIRITUS S. GRATIAM,

VITÆ SANCTIMONIAM

AC

PIUM

PRO VERBO DEI

EJUSQVE INTEGRITATE AC AUTHENTIA,

CONTRA INFRUNITAS HODIE

DIABOLI AC BIBLIOMASTIGUM

MACHINATIONES

ZELUM,

OPTAT ATQVE PRECATUR.

SIC

DEUS ALIQVANDO APERIET

SANCTUARIUM SANCTIS,

AC

QVEMQVE SUO MODO AC TEMPORE

CEU

ALTEROS

כהנים הגדולים

IN ILLUD INTROMITTET,

QVOD VOVET

AC

SPONDET

SINGULIS

AUTOR.

KILONI. Ipsis Calend. Januar. A. O. R. cIↃ IↃC LXXXVII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn767031385/phys_0008
DFG

Adversus qvorundam malignas arrosiones,
SUSPENSA PRÆ FORIBUS AMULETA,
scil.
Nonnullorum Celebriorum Philologorum
de HEBRAISMO RESTITUTO,
Dn. D. WASMUTHI,
& ATRIO hoc Lingvæ Sanctæ
JUDICIA.

I.

CHRISTIANI RAVII, Profess. ante hac Regii Uspal. postea Francofurt. celeberrimi, qvod dedit in Causâ Anti-Conringianâ Upsal. Mense Febr. 1669.

* *
*

CErtissimum est, qvicqvid communis literarum bonarum instaurator *Dn. D. Wasmuthus* scribit de Kri & Cetibh, qvicqvid de punctis Accentuum promittit, qvicqvid de vocalibus & literis testatur, qvicqvid de sanitate Codicis Ebræi in genere, qvicqvid de locis innumeris per totum Codicem Ebræum, citatis in HERBAISMO RESTITUTO, opere incredibiliter Bono, inqve Vindiciarum Biblicarum Parte Primâ & secundâ, ei operi annexarum, & nunc in tertiâ; divinitùs scribit--Hoc omne, & qvicqvid de Codice Hebræô scripsit scribetq, Dn. D. Matthias Wasmuthus, cum eô assero, eôdem qvô ille sensu, & qvô ille pugnat contra nonnihil vacillantes vel seductos, eodem sensu ego pugnem, si opus sit &c.

Et in Catalogo publico Lectionum illustr. Acad. Upsaliensis:

Christianus Ravius Berlinas, incipiet publicè explicare *Rev. plur. Matth. Wasmuthi*, SS. Theol. D. Grammaticam Hebræam, 50. Regulis absolutam, qvâ non datur hodiè plenior, & qvæ una locô vicenarum sufficiat: Certè *Cl. Trostii, Erpenii, Baldovii, Schikardi & Buxtorffii* vel Compendia vel Thesauros longè transcendit.

II.

DN. JOHANNIS HEINRICI HOTTINGERI,

in lit. d. 2. Sept. 1666. Tiguri datis ad Celeberr. Dn. D. Mauritium, antehac in Acad. Kilienſi, Prof. Jur. Pr. nunc in Camera Imperiali, qvæ Spiræ eſt, Aſſeſſorem Illuſtriſ.

* *
*

CEleberrimi *D. Wasmuthi* Nomen pridem in his notum regionibus Montanis. Jam antehac præclara haut vulgaris Lingvarum Orientalium peritiæ dedit ſpecimina. Unde & tanto mihi pretioſiſſimum per te nuper miſſum, acceptius fuit munus Chartaceum. Gratias pro eô ago maximas. Et qvanqvàm totum, qvod magnô labore & judicio collectum eſt, *D. Wasmuthi* ſcriptum, magnam literis Hebraicis fœneretur lucem, illa tamen, qvæ *Capelli & Waltoni* ſententiæ jugulum petunt, propterea ſunt ἔξοχα ἄλλων, qvod optimam cauſam, maſculè & dextrè Vir doctiſſimus defenderit: Adeò hactenus ab illa *Capelli* abhorrui novitate, ut neſciam, an in Contextum S. qvicqvam adverſariis concedi poſſet. qvod majori cum periculo authoritatis ejus eſſet conjunctum. Hoc ergò nomine *D. Wasmuth* ingens fecit operæ pretium &c.

III.

Trigæ Celeberr. Batavorum infra ſcriptorum.

REverendi & Clariſſ. Viri *D. Matth. Wasmuthi* librum, cui titulus: *Hebraiſmus Reſtitutus* attentè & ſedulò (ut qvidem negotia noſtra ferebant) luſtravimus. Qvantum verò ſic nobis obſervare licuit, judicamus, laudatum illud opus, non ſolùm accurata methodô digeſtum eſſe, ſed etiam multiplici eruditione, ac ſingularis peritiæ in omnibus ad literaturam Hebraicam ſpectantib9 demonſtratione, refertum: Comprehendere enim theſaurum Grammaticæ iſtius abſolutiſſimum & locupletiſſimum, ſive literarum & Punctorum tractationem ſpectes, ſive Etymologiam, ſive Syntaxin, ſive ipſam Accentuationem: ſic omnia ſuis Regulis deſcripta ſunt accura-

tiſſimè

tissimè, Regulæ Exemplis comprobatæ diligentissimè, adjectis magna industria passim suis Exceptionibus & Anomaliis, *adeò qvidem, ut nusqvam hactenus à qvoqvam omnia & singula tam exactè ac planè delineata viderimus.* Præclaram qvoqve laudem nominatim meretur Pars illa, qvæ complectitur doctissimas & laboriosissimas *Vindicias integritatis ac puritatis S. Scripturæ*, & specialius V. T. in lingva sua originali, contra periculosissimum Errorem aliorum qvorundam. Hinc non solùm S. Theologiæ Studiosis, sed etiam Ecclesiarum Pastoribus & Φιλεβραίοις qvibusvis, thesaurum istum ad lingvam S. feliciss imè excolendam, suaqve circa hanc studia pleniss imè perficienda, censemus utiliss imum; atqve ita de meliori nota eum commendamus: Reverendo & Clariss imo Auctori Herculeum illum laborem tàm prosperô & gloriosô successu exantlatum gratulantes, Deumqve Opt. Max. venerantes, ut ipsum Bono publico diu servet in columen.

Dabamus Ultrajecti
VII. Kal. Febr.
A. D. cIↃ IↃc LXIX.

GISBERTUS VOETIUS, Theol. Prof.
ANDR. ESSENIUS, Theol. Prof.
JOH. LEUSDEN, Lingv. S. Professor.

IV.

Clariss imi LEUSDENII Lingvæ S. in Acad. Ultraject. Professs. Celeberr. in literis ad Autorem Anno 1671. datis:

* *
*

NUnqvàm fuerunt tàm felicia tempora, qvalia jam sunt, qvibus hæc studia tàm facilia redduntur, & ferè in os intruduntur. Tu in *Atriô* tuô facillimam methodum propinas, per qvam, si qvis eam seqvi velit, facillimè ad cognitionem Lingvæ S. perveniet. Primò proponis *Consilium de Studio lingvæ Hebræa benè & feliciter inchoandô & discendo:* Deinde seqvitur *Compendium*, in qvô regulæ & præcepta Grammaticæ succinctè, breviter & solidè post invicem describuntur. Et hoc

Com-

Compendium mihi eô magis arridet, qvia ubiqve ablegas lectorem ad inſigne & nunqvã ſatis laudandum opus *Hebraiſmi Reſtituti Clariſſimi D. Wasmuthi.* Soleo ſemper opus illud inſigne privatim & publicè Studioſis commendare. Etiam in iteratâ editione *Philologi Hebræi, pag. 194.* (qvæ jam ad finem properat, & propediem lucem adſpiciet), ſic ſcribo: *Si qvis plura deſideret,* (loqvor de Antiqvit. Vocalium) *legat Cl. Matthiæ Wesmuthi ſolidas Vindicias S. Hebrææ Scripturæ, laborioſiſſimo Hebraiſmo Reſtituto adjunctas, in qvibus divinam vocalium & accentuum authoritatem luculenter & non ſine juſtò zelò probat.* Deniqve præter *ſolidam qvorundam Capitum Analiſin* Grammaticam, & Valoris accentuum demonſtrationem, in brevi qvaſi Tabellâ propinas *omnes Voces irregulares, qvæ remoram Tyronibus injicere poſſent,* & ſimul allegas loca, ubinam in *Hebraiſmô Reſtitutô* inveſtigari poſſint. Ego nuper ſtudioſo in mãdatis dederam, ut omnes illas voces ſecundum ordinẽ librorum V. Tti ex Hebraiſmo inveſtigaret, & in peculiari libro annotaret. Hâc inveſtigatione ferè ad umbilicum perductâ, ecce traditur mihi tuum *Atrium*, in qvô eæ Voces, tanqvam cibus præparatus, mihi proponuntur Non poteſt non orbis literatus tibi gratias agere. Deus conatibus & laboribus tuis affatim benedicat. Si nonnulla exemplaria datâ occaſione ad nos transmittere poſſis, facies rem ſtudioſis, qvi viderunt, gratiſſimam. Biblia, qvæ meditaris, noli imprimere, antequam me ejus rei certiorem feceris. Ego ſimiliter ſignificabo, qvid hîc in Belgio agamus, &c. &c.

ATRII

ATRII LINGVÆ S.

PARS I.

Seu

CONSILIUM

De ſtudio Hebræo ritè, etiam ſine vivâ manuductione, (ubi fortè nulla ejus detur copia,) inſtituendo & feliciter abſolvendo.

§. 1.

PRodit denuò in publicum L. B. ATRIUM noſtrum lingvæ S. aliqvoties hactenus in gratiam Tironum editum atqve ita adornatum, ut omnia, qvæ ad fundamenta illius Lingvæ reqviruntur, ordine hic exhibeantur, & qvidem per qvinqve ſeqq. ejus partes, qvæ ſunt:

I. CONSILIUM de ſtudiô Hebræô, propriô etiam Marte (in defectu fortè vivæ manuductionis) ſuſcipiendo & feliciter abſolvendo.

II. COMPENDIUM GRAMMATICUM Hebraismi Reſtituti Dn. D. Wasmuthi, ceu omnium perfectisſimi hodie Syſtematis Grammatici, uno eodemqve utriusvis tenore Regularum & Verborum ſic ſervatô, ut alterum alterius fundamentum ac complementum; ambo verò mutua diſcentibus ſubſidia facillima præſtent, qvò minus per multas Grammaticas diverſæ ſemper Methodi volitare, & dubiis doctrinarum ſedibus fluctuare opus ſit.

III. TEXTUS PRIORUM IV. CAPP. GENES. cum praxi Hebræo Analytica ad Regulas utriusqve Grammaticæ (hujus compendioſæ, illius qve plenæ) ſimul relata.

IV. LEXICON HEBRÆUM freqventiorum in Codice S. vocum.

V. INDEX PLENISSIMUS omnium fere & ultra 3000. difficultatum Grammat. Codicis S. in Hebraiſmo Wasmuthiano enucleatarum: de qvorum unà omnium tenore, ſerie ac rectô uſu, nonnulla præfandi, commodisſimam nobis ipſa ſtatim Pars I. præbet occaſionem.

§. 2. Nimirum, si qvid omninò sapienter Hebræorum Magistri, hoc sanè de optimo Didacticæ Hebrææ genere constitutum rectè habent præceptum geminum:

לעולם ילמד אדם לתלמידיו דרך קציר :

Semper doceat homo discipulos suos viâ brevi;

& simul

בעל מעשים יתקיום לו עיונו :

Practicus industrius firmabit Theoriam suam.

Ambo siqvidem hæc tàm arctâ invicem ἀλληλεχία & mutuô nexu sunt devincta, ut nec commoda aut utilis sit brevitas doctrinæ sine confirmatione Praxeos, neqve hæc fructuosè institui possit, nisi brevis præcesserit doctrinæ Theoria. Utrumqve nunc ergò qvam propè præsentis instituti nostri fecerimus aut assecuti simus scopum, breviter qvidem ipsi memorabimus, prudens a. Lectoris ampliùs æstimabit judicium.

§. 3. Et primò qvidem, ut rem altiùs à primâ hujus *Consilii* nostri origine repetamus; cùm viderem pridem & vel propriô olim didicissem experimentô, quàm difficiles hactenus & perpetuis tricis implicati essent plerorumq; Grammaticorum Hebr. libri, partim ob ἀμεθόδειαν, partim ob imperfectionem, & contrà sæpè superfluas vagasq; & laxas circumscriptiones doctrinarum, ut non nisi tædii patientissimis ingeniis aditum tardiorem ad Linguæ S. interiora concederent, idque adhuc vel decem aliorum Grammaticorum advocandis subsidiis, & his quoque, ut fit, ægerrimè cohærentibus: quamque inde deplorandus pridem neglectus S. Fontis Hebræi passim extiterit, minori indies cultorum aut scrutatorum ejus freqventiâ, primum ad paucos, demum ad nullos redigendâ, (qvalem desertionem studii Lingva S. inter βάθη τȣ̃ Σατανᾶ, à paucis proh dolor! animadversa, meritò refert B. noster Lutherus): non potui non & serio dolere de tàm infelici eatenus sorte omnium præstantissimi Studii Lingvæ S. & simul tanto magis orbi eruditô gratulari, cui post multorum vota, obtigit incomparabile illud Opus *Hebræo-Wasmuthianum*, quod meritô suô, tùm à *Grammatices Hebr.* singulari ἀκριβέια ac *perfectione*; tùm ab *Accentuationis divinæ restituta notitia*; tum à *Vindiciis Authentiæ, Integritatis ac certitudinis Fontium Hebr.* Inscripsit Autor laudatus *Hebraismum facilitati & integritati suæ Restitutum*.

§. 4. Ut

§. 4. Ut autem plures nunc ad Studii Hebræi culturam exstimulem, breviter & candidè consilii nostri modum expono, qvo facilimè qvis, etiam sine viva manuductione, ubi forte nulla ejus detur copia, institui & absolvi possit. Et sic ante omnia (1.) κατ' ἄρσιν, minimè audiendos esse moneo, frivolos illos lingvarum SS. & Textûs originalis contemtores, nimis profane asserentes, *non adeò magnam lingvarum originalium in Theologia esse necessitatem, multa alia magis necessaria discenda esse Presbyteris Ecclesiæ, nec exigendam à Presbyteris Ecclesiarum scientiam Græci aut Hebræi sermonis,* Qvam longè enim à sanis & rectis judiciis absint temerarii isti tàm nobilis & propè absolutè necessarii studii censores, multis, iisq; gravissimis demonstrare possem argumentis. Sed ne in propriâ qvasi causa accusator simul & judex esse videar, placet potius summorum qvorundam Patrum & Doctorum Ecclesiæ contraria de studii hujus in Theologia necessitate denuò afferre vota & judicia.

§. 5. Prodeat itaq; ex Patribus rarus ille Hebraicæ lingvæ Phœnix Hieronymus, nobisq; ex *Epist. 135. ad Suniam & Fretellam* fidem faciat, quando ibid. infit: *Sicut in N.T. quando apud latinos quæstio exoritur, & est inter Exemplaria varietas, recurrimus ad fontem Græci sermonis, qvo Novum scriptum est Instrumentum: ita in V.T. si quando inter Græcos Latinosq; diversitas est* AD HEBRÆAM RECURRIMUS VERITATEM, *ut quicqvid de fonte proficiscitur, hoc qværamus in rivulis.* Et rursus Comment. ad Zach. c. VIII. 9. *In h. l. nostrorum multi multa dixerunt, & inter se dissonantia. Cogimur igitur ad Hebræos recurrere, & scientiæ veritatem* DE FONTE MAGIS, QUAM DE RIVULIS QUÆRERE. Gemina habet Pater doctissimus *adv. Helvid. it. Epist. ad Lucin. & Apol. 2. contra Ruffinum.* Nec minus augustissimus Pater Augustinus, qui ipsemet, licet Hebrææ ignarus, rei tamen veritate adactus, lib. 2. de Doctr. Christiana cap. 11. scribit: *Latinæ lingvæ homines, duabus aliis ad Scripturarum divinarum cognitionem habent opus, Hebræâ scil. & Græcâ, ut ad Exemplaria præcedentia recurratur, si quam dubitationem attulerit Latinorum Interpretum infinita varietas.*

§. 6. Qvod si Doctores orthodoxæ nostræ Ecclesiæ consulere velimus, apparebit, eos omnes unô ore Τοῖς ἐξ ἐναντίας adeò perversè sentientibus firmiter contradicere. Audiamus primò Megalandrum nostrum Lutherum eleganter eam in rem differentem, *Tom. III. Jen. Lat. fol. 444. Comment. in Psalm. XLV. Vocem* Lamnazeah *variè tractant Ebræi, nec est, qvod*

ullus vel Græcus vel Latinus præsumat se eam intelligere. Quare sæpè monui, ut Ebræam lingvam disceretis, nec eam ita negligeretis. Etsi enim ejus lingvæ nullus alius esset usus, tamen pro gratiarum actione discenda erat, quod PARS QVÆDAM RELIGIONIS ET CULTUS DEI EST, *eam lingvam docere, vel discere,* QVÆ SOLA, *qvicqvid usqvam divini est, docet. Auditur enim in ea DEUS loqvi, audiuntur Sancti invocantes & maximas res gerentes; ut studium, qvod in hanc lingvam discendam collocatur,* MISSA QVÆDAM *seu* CULTUS DEI *meritò vocari posset. Qvare serio vos hortor, ne eam negligatis. Periculum enim est, ne DEUS hac ingratitudine offensus privet nos non solum cognitione hujus S. lingvæ, sed & Græcæ & Latinæ, &* TOTIUS RELIGIONIS. *Sed præterqvam, qvod* PARS CULTUS DIVINI *est hoc studium, continet etiam maximam utilitatem. Si enim aliqvi futuri sunt Theologi, sicut necesse est, (neq; enim omnes Jura & Medicinam discemus): oportet eos esse munitos contra Papatum, & aliud odiosum hominum vulgus, qvi cùm unam Ebræam vocem sonare didicerunt, statim putant se Magistros hujus sacræ lingvæ. Ibi nisi nos eam tenuerimus* TANQVAM ASINIS ILLUDENT ET INSULTABUNT: *Sin autem nos qvoq; muniti fuerimus cognitione hujus Lingvæ, poterimus eis impudens os obstruere. Sic enim Diabolo & ejus ministris resistendum est. Scio enim, qvantum mihi contra meos hostes profuerit. Qvare hæc qvantulacunqve cognitione* INFINITIS AUREORUM MILLIBUS CARERE NOLIM. *Et vos qvoq; dabitis operam, qvi aliqvando docebitis Religionem, ut hanc lingvam discatis,* SI NON PECORA CAMPI ET INDOCTUM VULGUS *haberi vultis, qvod editis Germanicis libellis* (POSTILLIS) *adjucum, utcunq; Evangelia Dominicalia & Catechismum docet.* Sic *Tom. II. Jen. Germ. p. 458. vel Altenb. p. 808. & 809.* In der Vermahnung an die Rathsherrn aller Städte in Teutschland / scribit Vir θεόλατος: Wenn kein ander Nutz an den Sprachen wäre / solte uns doch das billig erfreuen und anzünden / daß es eine edle / feine Gabe GOttes ist / damit uns Deutschen Gott itzo so reichlich / fast über alle Länder heimgesuchet und begnadet. Man siehet nicht viel / daß der Teuffel dieselbe hätte lassen durch die hohen Schulen und Klöster auffkommen / ja sie haben allezeit auffs höchste darwider getobet / und auch noch toben / denn der Teuffel roch den Braten wohl / wo die Sprachen herfür kämen / würde sein Reich ein Fach gewinnen / daß er nicht könte leicht zustopffen. Weil er nun nicht hat mögen wehren / daß sie hervorkämen /

dencket er doch Sie nun also schmal zu halten / (qvi & hodiè qvorundam subtilesti consilii modus ac finis est) daß sie von ihnen selbst wieder sollen vergehen und fallen. Es ist ihm nicht ein lieber Gast damit ins Haus" kommen / darum will er ihn auch also speisen / daß er nicht lange soll blei-" ben. Diesen bösen Tück des Teuffels sehen unser gar wenig lieben" Herren. Darum lieben Deutschen / lasset uns hie die Augen auff-thun / GOtt dancken für das edle Kleinod / und fest drob halten / daß es uns nicht wieder entzücket werde / und der Teuffel nicht seinen Muth-willen büsse. Denn das können wir nicht läugnen / daß / wiewohl das Evangelium allein durch den Heiligen Geist ist kommen / und täglich kömmt / so ist es doch durch Mittel und Sprachen kommen / und hat auch dadurch zugenommen / muß auch dadurch erhalten werden. Denn gleich als da GOTT durch die Apostel wolte in alle Welt das Evangelium kommen lassen / gab er die Zungen (Sprachen) darzu: Also hat er ietz auch gethan. Niemand hat gewust / warum GOTT die Sprachen herfür ließ kommen / biß daß man nun allererst siehet / daß es um des Evangelii willen geschehen ist / welches Er hernach hat wollen offenbaren / und dadurch des Ende-Christs Regiment auffdecken und zerstören. So lieb nu als uns das Evangelium ist / so hart lasset uns über die" Sprachen halten. Denn GOtt hat seine Schrifft nicht umsonst allein in die zwo Sprachen schreiben lassen / das Alte Testament in die Ebreische / das Neue in die Griechische. Welche nun GOtt nicht verachtet / sondern zu seinem Wort erwehlet / sollen auch wir dieselben vor allen andern ehren - - - dahero auch die Ebreische Heilig heißet - - also mag auch die Griechische Sprache wohl Heilig heissen / daß dieselbe vor andern darzu erwehlet ist / daß das Neue Testament darinnen geschrieben würde - - und lasset uns das gesagt seyn / daß" wir das Evangelium nicht wohl werden erhalten ohne die Sprachen." Die Sprachen sind die Scheiden / darinnen diß Messer des Geistes stecket. Sie sind der Schrein / darinnen man dis Kleinod träget. Sie sind das Gefäß / darinnen man diesen Tranck fasset. Ja wo wirs versehen / daß wir (da GOtt für sey) die Sprachen fahren lassen / so werden wir nicht allein das Evangelium verlieren / sondern wird auch endlich dahin gerathen / daß wir weder lateinisch noch deutsch recht reden oder schreiben können - - Darum ists gewiß / wo nicht"

„die Sprachen bleiben / da muß zuletz das Evangelium untergehen / „das hat auch beweiset / und zeiget noch an die Erfahrung. Denn so bald nach der Apostel Zeit / da die Sprachen auffhöreten / nahm auch das Evangelium und der Glaube / und gantze Christenheit je mehr und mehr abe / biß daß sie unter dem Pabst gar versuncken ist / und ist sind der Zeit die Sprachen gefallen sind / nicht viel besonders in der Christenheit ersehen / aber viel gräulicher Gräuel aus Unwissenheit der Sprachen geschehen. Also wiederum / weil itz die Sprachen herfür kommen sind / bringen sie ein solch Licht mit sich / und thun solche grosse Dinge / daß sich „alle Welt verwundert. — — Und Summa / der H. Geist ist kein „Narr / gehet auch nicht mit leichtfertigen / unnöthigen Sachen üm / der „hat die Sprachen so nütze und hoch geachtet in der Christenheit / daß er sie offtmahls vom Himmel mit sich gebracht hat / welches uns alleine „solte gnugsam bewegen / dieselben mit Fleiß und Ehren zu suchen / weil „Er sie nun selbst wieder auff Erden erwecket.

§. 7. Nec aliter fidissimus B. Lutheri dum vixit, parastates Philippus Melanchthon de Lingg. SS. usu & necessitate disserit *Tom. 3. Orat. p. m. 806.* Non *alia*, inqviens, *ad veterem barbariem reducendam magis compendiosa est via, quàm si linguarum studia intereant.* Et pag. 812. *Scio*, ait modesta anima, *me vix primis labris degustasse literas Latinas, Græcas & Ebraicas. Sed tamen hoc ipsum quod didici quantulumcunq; est, propter judicium de Religione, omnibus mundi regnis, omniumq; opibus longè antepono. Quod eò dico, ut cùm mihi & aliis, qui parum didicimus, videatis ad veritatis agnitionem, hanc exiguam doctrinam plurimùm prodesse, & ipsi speretis magnum vos operæ pretium facturos, si linguas mediocriter didiceritis.* Et nonnullis interjectis pag. 121. ait: *Est nostri officii juventutem adhortari, ut hoc donum* (scil. Lingvæ Hebr.) *Quod Deus semper in Ecclesia excitavit, & stu-* „*diis doctorum conservari voluit, tueantur, ac sciant, se laborem sumere in* „*munere divino propagando, & in veris Opibus Ecclesiæ defendendis. Laudamus pios Principes, qui prohibent Pastoribus eripi suos nidos & agros: & jure laudamus. Sed literarum & hujus Lingvæ cognitio verius est inter* OPES ECCLESIÆ *numeranda.* Et circa finem illius orat. *De lingvæ hujus studio hoc vos oro & obtestor, ut cogitetis, donum Lingvarum in Ecclesia divinitus excitari: & velle DEum, ut nostra diligentia id munus tueamur, ut laudat servos, qui talenta collocarant in fœnus. Et minatur ignavis, inqvi-*

ens, Habenti dabitur, & non habenti etiam quod videtur habere, auferetur. &c. &c. Et in Præfat. Avenarii Grammaticæ Hebrææ præfixa hæc habet: *Necesse est in Ecclesia conservari Linguæ Hebraæ cognitionem, cum & Prophetarum libri Ebræi sint, & Apostolica phrasis magna ex parte Ebræa sit. Cumq; in Psalmô dicitur: Benedicite Domino de fontibus Israël, ubi docemur, hanc esse veram Dei Ecclesiam, quæ Prophetarum doctrinam rectè intellectam retinet; invitari nos hoc dulcissimo versu sciamus, ad discendas & res in Prophetis traditas, & linguam, quæ adres aditum monstrat. Nec dubium est, semper in Ecclesia aliquos fuisse ejus linguæ gnaros, etsi enim extant interpretationes necessariæ populo, & profectò non contemnendæ, tamen Deus semper vult testes aliquos illarum interpretationem esse. Vult in locis obscuris consuli fontes. Id beneficium Dei agnoscamus, & læti ac grati hanc linguam discamus, & quamplurimos ad eam discendam invitemus. Quantò sit illustrior sententia Prophetarum iis, qui fontes norunt, experti judicare possunt. Illud constat, valdè delectari bonas mentes certitudine sententiæ, cum nota est Prophetarum lingua.* Hæc ille.

§. 8. Hisce duûm viris magnô numerô se se jungunt nostrates Theologi ac Philologi. Ita enim B. Matthesius *in Hist. B. Lutheri conc. 1. p. 9.* scribit: Die schöne Sprachen / neben hertzlichen Gebet / heil. Kreutz / und ernstlicher Betrachtung sind die schönsten Commentarii und Ausleger des göttlichen Worts. Hinc beatus Ægid. Hunnius *in Exam. primæ controvers. general. de Verbo Dei scripto contra Bellarm. lib. II. cap. 11. Par est* inquit, *ut studiosi Theologiæ, multoque magis, qui jam in ministerio versantur, ex ipsis fontibus hauriant, & linguarum cognitionem sibi comparent, quô cum fructu in Hebraicis Bibliis & Græco textu Novi Testamenti versari queant. Ideòq; cum meditantur concionem, aut disputationem, aut tale quid vel ad plebem vel ad eruditos, semper fontes consulant, præsertim si tempus habeant & ocium. Maximè autem in redarguendo faciendum illud est, ut adversariis Judæis, Arianis, Papistis, Calvinianis, & aliis obviam eatur, quando in argumentando nituntur versionibus ad Hebraicam & Græcam veritatem minus congruentibus.* Pariter D. Wolffg. Franzius in aureo tractatu *de interpretat. Script. pag. m. 12. Hebrææ linguæ studium,* inqvit, *deserere* „ *non potest Theologiæ studiosus & Theologus, qvamdiu huic facultati in his* „ *terris operam navabit.* Et pag. 56. *De diligentia in Hebræis collocanda* „ *dixi: Qvi vero secus fecerit, nec fundamenta intima Fontium comparare* „

sate-

sategerit, Eum divinam vindictam experturum pronuncio. B. Gerhardus in *Meth. studii Theolog.* post plurima allata de summa lingvarum Sacrarum in Theologia necessitate ita infit *p. m. 53. Miserum est, in re tantâ alienis videre oculis, eum præsertim, qvi aliorum oculus est constitutus; ac fieri nequit, qvin aliorum judicio innitens aliqvoties fallatur:* & tandem concludit, gravissima illa B. Lutheri cohortatione, qvam supra ex *Comm. ejus in Esa. 45. adduximus: Sæpe monui &c.* B. Glassius, uti per totam *orationem de lingvæ Hebr. necessitate*, ita inter alia de ea differit hunc in modum: *Hebræam si lingvam dico, rem dico, qvæ omnium verè Christianorum & mentes & oculos in se convertere, æstimationemq; cum admiratione summa conjunctam concitare debet & potest.* Et mox: *Hebræa lingva, qvæ "mel meum est, meum nectar & ambrosia, meus Scopus, mea prora puppis- "que &c.* Sic Dn. D. Calovius Thesi Anti-Syncretist. IV. *Theologiæ "Studioso* inqvit, *longè magis necessaria est lingvæ Hebræa & Græca, qvàm "Theologiæ Scholastica notitia, aut Patrum studium, aut Philosophia ac nominatim Logica & Methaphysica. &c.* Nec minus D. Georgius Calixtus *Appar. Theolog. pag. 155.* agnoscit cum Erasmo, *inde ortam esse in Ecclesia* CALIGINEM ET BARBARIEM, *qvod neglecta tunc sint bonæ literæ, fastidita Græci sermonis peritia, multoq; magis Hebraici.* Et p. 158. scribit: *Hebræâ lingvâ opus fuisse & esse, sanum hominem neminem dubitare finit ipsa rei evidentia.* Et paulo post: *Res ipsa loqvitur & pridem à nobis demonstraeum est, Neminem Studiosum Theologiæ agnoscere nos posse, nisi qvi in literis & Lingvis & disciplinis versatus sit.* Eodem modo D. Hornejus *Disp. I. de Nat. Theol. p. 41. Omnium lingvarum istarum* (Latinæ, Græcæ & Ebraicæ) *notitia ad Theologiæ studium reqviritur: Nec Discrimen ullum hac in re est, sive Latinam cum duabus cæteris, sive duas illas inter se contendas.* & pag. 44. *Certe, ut Scripturam eâ lingvâ, qvâ ab initio consignata est, cognoscat, & phrasin ejus, totumq; Idioma NB. probe calleat, Theologiæ Cultori necesse est.* Idem l. c. hoc *tribuit renascentibus per Europam latinis, Græcis & Hebraicis literis, qvod Theologiæ studium divina ope denuo revocatum, & ita Ecclesia à multis Erroribus repurgata sit.* Et qvis omnia hæc & similia Doctorum nostrorum judicia de summa & absoluta Ling. SS. necessitate hic enarrare valeat? Legatur hac de re præ aliis integra illa Oratio Philippi Melanchtonis supra ex Tom. III. ejusd. operum allegata, it. Oratio. B. Glassii, qvæ habetur in *Philolog. S. lib. II.* subjuncta; & fusius Programma ad

ma ad Panegyrin Hebræo-Oratoriam Dn. D. Wasmuthi, Collegæ & Antecessoris mei honorandi.

§. 8. Audiamus nunc etiam celebriorum qvorundam Reformatorum hanc in rem suffragia & judicia: Musculus in *LL. CC. tit. de Lingv. Scr. Studiosos Theologiæ admonere non solùm, sed & vehementer hortari jubet, ut sacrarum lingvarum Hebrææ & Græcæ cognitionem, studiis suis, non dico qvasi παρεργον adjiciant, sed NB. instar fundamenti, in ipsum* FUNDUM *mentium suarum submittant, scil. ne docturi deinde in Ecclesia, incurrant illud* Matth. XXII. 29 ERRATIS, NESCIENTES SCRIPTURAS. Pariter J. Drusius *lib. de quæs. per Epist. 99. Sacris literis*, scribit, *intelligendis ac enarrandis, non tàm piscibus aqva, qvàm Theologis necessaria est Lingvæ S. cognitio, sine qvâ neqvaqvam est, ut solidam peritiam earum literarum assequantur. Qvemadmodum enim* ASINUS MOLENDINARIUS *assiduè circuit, nec tamen recedit aut movetur loco; sic qvi verbum DEI enarrant, nulla lingvarum Orientalium cognitione imbuti, licet assiduè versent, nunqvam tamen illud rectè, ita ut oportet, intelligent.* Nec minus Paræus *in Gen. cap. 48. v. 16. Hebraismorum ignorantiam* HORRENDOS ERRORES *in Ecclesiam invexisse* ait. Et clariss. Anglus Prideaux *in lect. de Cap. Relig. p. 185 Observarunt.* inqvit, *circumspecti, vix unqvam hæresin aliqvam aut errorem exercuisse Ecclesiam, qvin è Scripturæ apicibus aut neglectis, aut perperam intellectis duxit originem.* Sic P. Cunæus *de Republ. Hebr. lib. III. prolegom.* scribit: *Enim vero cum S. Codicis lectio non Theologis modo, sed omnibus bonis viris, & præsertim eruditis, esse debeat jucundissima: qvid aliud magis seriò agendum nobis est, qvi in hoc honesto otio vivimus, nisi ut qvàm optimè nobis cognitus intellectusq; sit is sermo, qvô olim usus ipse DEUS fuit, cum priscos Ecclesiæ rectores suo dignatus alloqvio est? Dicendum aperte est: Valde supine* " *atqve ossitanter viximus: Hispanorum Gallorumq; & Italorum verba atq;* " *voces discimus, - - unam illam non intelligimus lingvam, qvam profecto u-* " *nam didicisse, operæ erat pretium. qvod qvi sunt, qvi animum suum ad pulcherrimum hoc applicant studium, admodum id fit plerumq; perfunctoriè.* Qvare & clar. Gomarus in *Epist ad Synod. Fris.* (qvæ prudenter constituerat *ut in posterum Theologiæ candidati, qvotqvot ad Examen Ministerii Ecclesiastici admitti desiderarent, exhiberent etiam testimonia Professorum Hebrææ & Græcæ lingvis &c.*) scribit: *Dissimulare sine ingratitudine non possumus, qvantâ merito lætitiâ perfusi simus, qvod & Hebrææ lingvæ rationem haben-*

dum sanctissimè & prudentissime Gallicarum Ecclesiarum more (qvo scil. Theologiæ candidato in utriusqve Testamenti & textu originali illud, qvod præsidi codicem aperienti se primo exhibet, caput legendum & interpretandum proponitur, teste Sixt. ab Amama Antibarb. Bibl. p. 216.) *statuitis. Alioqvin enim verendum est, ne qvemadmodum sacrarum lingvarum studiis, patrum nostrorum memoriâ suscitatis, simul veritas pene sepulta emergere capit, ac caput attollere: Ita contra, studiis hisce neglectis, in pristinam barbariem & veritatis jacturam relaberemur. Gratulamur igitur vobis Pp. Rev. insignem illam pietatem & prudentiam, qvod Ecclesiæ DEI (qvam sanguine suo acqvisivit) laboranti ac ruinam minitanti salutarem statuti vestri manum, primi in Belgio subjecistis. Qvo fit, ut SS. Theolog. Studiosi, qvi ad ministerii Ecclesiastici munus adspirant, recto ordine procedant, Scripturamq; NON PER SOLAM VARIÆ INTERPRETATIONIS TRANSENNAM eminus adspiciant, sed eam penitus intueantur ac scrutentur, sanctarum lingvarum subsidio adjuti. Qvomodo & certius veritatem docere, & eruditis Adversariis occurrere valebunt &c.* Plura talia vide apud Junium, *elogio Grammat. præfixô & præfat. in Bibl.* it. *Buxt. præf. Lex. Talmud. Rabb.* in primis verò apud Erpenium *Orat. de lingv. Ebr.* it. Sixtin. ab Amama *in paranesi*, & Clariss. Hulsium *orat. pecul. Nomenclat. ejus subjuncta.*

§. 10. Nec prætereundi hîc sunt ipsi saniores in his Pontificii. Etenim qvod doctissimus Erasmus de studio hujus necessitate senserit, satis ipse prodit in profundæ Eruditionis opere Adagiorum, titulo Temeritatis, ubi illustraturus proverbium: *Illotis manibus & pedibus rem aggredi*, hunc in modum differit pag. m. 684. *Proverbium usurpabitur in eos, qvi vel audacius, vel parum instructi rebus his, qvibus oportuit, negotium invadunt: veluti si qvis divinas literas interpretari conetur, Græcæ, Latinæ & Hebraicæ lingvæ rudis & imperitus: sine qvibus non stultum modo, verum etiam impium est, Theologiæ mysteria tractanda suscipere. Qvod tamen heu nefas, jam passim plerique faciunt, qvi frigidis aliqvot instructi Syllogismis & puerilibus sophismatis, DEUM immortalem, qvid non audent? qvid non præcipiunt? qvid non decernunt? Qvi si possent cernere, qvos risus, vel potius qvem dolorem moveant lingvarum & antiqvitatis peritis, qvæ portenda proferant, in qvam pudendos errores subinde prolabantur; nimirum puderet illos tantæ temeritatis & vel senes ad prima literarum elementa redirent. Nullus unqvam sententiam alicujus intellexit ignarus sermonis, qvô sententiam ille suam*

expli-

explicuit. Proinde D. Hieronymus, cum constituisset arcanas interpretari literas, ne illotis, ut ajunt, pedibus rem tantam aggrederetur, qvæsò, num sophisticis nugis instruxit ingenium? minimè. Qvid igitur? inæstimabili sudore trium lingvarum (Latinæ Græcæ & Hebrææ) *peritiam sibi comparavit. Qvæ qvi ignorat, non Theologus est, sed sacræ Theologiæ violator. Ac "vere manibus pariter ac pedibus illotis, rem omnium maxime sacram non tractat, sed profanat, conspurcat, violat.* Sic Marsennus Theolog. Paris. in *Observ. ad Probl. D. Veneti p. 336. Operæ pretium esset*, ait, *ut Christiani diligentius Hebræa lingvæ incumberent.* Possevinus in Bibliotheca selecta: *In Ebraica scriptura*, inqvit, *tot sunt Sacramenta, qvot literæ, tot mysteria, qvot puncta, tot arcana, qvot apices,* Sic Benedictus Arias Montanus in Præfat. ad Operis Regii Antvverp. Tom. I. fol. 5. & 6. de summâ & pene absoluta (ut vocat) Lingvæ Hebrææ cognitione eruditè, & prolixius, qvam ut angustia hujus consilii capiat, differit, *nullum q. d. qvamvis maximum laborem, nullum vel effusissimum sumptum ad Sacras literas in Textu Originali intelligendas non suscipiendum, sustinendum atq. impendendum esse asserit.* En! Papistas hic ὀρθοδοξοτέρους multis hodiè non-Papistis.

§. 11. Reliqvarum Sectarum defensores nunc ut prætermittamus, unicus adhuc ex Arminianis Episcopii locus dignus est, qvi adducatur. Habetur autem ille *Vol. I. part II. operum ejus, Respons. ad Epist. Jesuitæ Wadingi, cap. III. pag. 105.* hisce verbis: *Si plebeji & indocti omnes certi essent, se consecuturos, aut consequi posse rationem lucrandi centum millia florenorum, si modo lingvam Hebræam aut Syriacam scirent, an indecorum & pretium operæ non putares eos facturos, si eam addiscerent? ipsi procul omni dubio, si modo id crederent, repente ex indoctis fierent docti, & vel unam & viginti lingvas cum Mithridate, qvin imò septuaginta duas lingvas cum senatoribus Sanhedrin Judaici discerent potius, qvam tanto damno seipsos mulctarent. Jam verò cum ex lingvæ divinæ cognitione cœlestes & incomparabiles illos divinorum præceptorum & promissorum thesauros omni pretio majores comparare sibi & nanciscì qveant, mirumne tibi videretur, si judicarent operæ pretium, adeoq. esse necesse, ut Hebraicè scire laborent? Certè Judæi hac in parte Christianis ruborem suffundunt, qvippe qvi infantes suos à primis annis in Hebræa lingvæ cognitione, sive Hebræa legis divinæ aliorumq. sacrorum rituum cognitione erudiunt, adeò sollicitè, ut nullus puer reperiatur, qvi non Hebræa omnia, cum punctis & sine punctis, prima statim ætate legat, canat*

& intelligat. Atqve hæc pro summa utilitate & necessitate Studii SS. linguarum hac vice adduxisse sufficiant.

§. 12. Qvandoqvidem verô ut ingenioſa est inertia, à variis varia hîc prætendi solent aut objici, ne fortè ad sanctiora hæc studia discenda nimium adigantur: non possumus non breviter illa qvoqve effugia vel objectiones, unà cum magnorum virorum ad ea responsionibus, ne qvid affectibus tribuatur, hic exhibeamus. Primò itaqve excipere solent: *non videri operæ pretium, ut tantum temporis & laboris, Grammaticæ Hebrææ* (ita enim studium lingg Sacr. & textus origin. μισόγραφοι illi per contemtum vocare solent) *impendatur.* Qvibus verò pro me respondeat tùm B. Luth. Serm. Conviv. LXIX. fol. 410. Wenn ich wiederum wolte in der Ebräischen Sprache studiren/ so wolte ich die besten Grammaticos für mich nehmen und lesen: tùm communis ille Germaniæ Præceptor Phil. Melanchthon, qvando alicubi scribit: *Scriptura non potest intelligi Theologicè, nisi prius intelligatur Grammaticè.* Et Orat. supra alleg. *Verè Ecclesia est Grammatica, interpres divini sermonis* Et B. Chemnitius LL. Theol. *part. 2. p. 217. Ecclesia,* inqvit, *tantùm debet esse Grammatica* i.e. *non debet fingere res novas, aut nova dogmata gignere, sed ea, qvæ à Spiritu S. tradita sunt, debet discere, ex genuina significatione vocabulorum: & postea ostendemus, neglectum veræ Grammaticæ omnium errorum fuisse fontem.* Et pag. 246. scribit: *non possumus custodes esse doctrinæ divinitus repurgatæ, nisi Grammaticam discamus & amemus.* Idq; ibid. probat insigni exemplo ex articulo de Justificatione desumto. *Nec enim,* pergit Theologus summus p. 622. *agitur hic de bello, ut vocant Grammaticali, sed in præcipuis locis doctrinæ, qvantum erratur in verbis, tantum etiam de rebus ipsis amittitur.* Similiter B. Walth. offic. Bibl. pag. 680. *Non firmiora aut tutiora argumenta peti possunt, qvàm qve ex Grammatica & loqvendi more à Spiritu S. usurpato, arcessuntur.* Hinc Jac. Martinii in Speculo rationis lib. II. cap. 11. pag. 818. Wer im studio Theologico recht studieren will/ muß Grammaticam hoch halten/ und allerhand Sprachen lernen/ damit er nicht durch Interpretem, sondern den H. Geist in seiner selbsteignen Sprache hören/ Ihn verstehen/ mit Ihm reden/ und von denen Versionibus judiciren/ die Wiedersacher/ so die fontes turbiren/ hintertreiben/ confutiren und mächtig überwinden könne.

§. 13. Deinde etiam communiter excipiunt illi tricones ἀντιεγλωσσοι; *Versiones hodiè extantes, (qvæ utiq; ex studio linguarum meliores expectan-*

dæ non

dæ non sint) facilè sufficere posse, nec adeò, superstitiose Textum Hebræum & Græcum venerandum esse; siquidem in apicibus literarum, aut sono vocabulorum, reapse vis alicujus sermonis sita non sit, sed in eo, cujus literæ & voces sint signa: Vel uti B. Lutherus eorum objectionem nobis reliqvit, In der Vermahnung an die Rathsherrn aller Städte in Teutschland/*Tom. II. Jen. Germ. p. 458. vel Tom. II. Altenb. p. 808 hisce verbis:* Ja sprichst du/ was ist uns aber nütze Lateinische / Griechische und Ebreische Zungen (Sprachen) zu lehren? Könten wir doch wohl deutsch die Bibel und GOttes Wort lehren/die uns gnugsam ist zur Seligkeit. Quos vero ibid. pro meritô excipit vir beatus, qvando statim subjicit: Ja ich weiß leider! wohl/daß wir Deutschen müssen immer Bestien und tolle Thiere seyn und bleiben/ wie uns denn die umliegenden Länder nennen/und wir auch wohl verdienen. Mich wundert aber/ warum wir nicht auch einmahl sagen/ was sollen uns Seiden/Wein/Würtze/ und der fremden ausländischen Waaren; so wir doch selbst Wein / Korn/ɔc. nicht allein die Fülle haben zur Nahrung/ sondern auch die Kühr und Wahl zu Ehren und Schmuck? ɔc. ɔc. Et Tom. eod. Altenb. p. 309. Ich weiß fürwar/ daß wer die Schrifft predigen soll und auslegen / und hat nicht Hülffe aus Lateinischer / Griechischer und Ebreischer Sprache/ und soll es allein aus seiner Mutterspracbe (ex versione tantum) thun / der wird garmanchen schönen Feilgriff thun. Deñ ich erfahre / wie die Sprachen über die massen helffen zum lautern Verstand göttlicher Schrifft. Sic B. Franzius de interpr. Script. p. 33. *Omnia in concussum manet hoc, qvod Sacer Codex sit Scriptura Omniscii & ἀναμαρτήτε DEI; sed versiones sint scripta hominum, qvi labuntur multipliciter.* Et p. 53. *Qvi nosse cupit verbum DEI, ut ab autore Deo fuit ortum, citra ullam detorsionem purum, putumq; is illud non leget aut intelliget, nisi in eâdem lingvâ, qvâ à DEO primitus est promulgatum.* Pariter B. Dilherus in Icaro Acad. lit. F. 3. *Unica* inqvit, *hujusmodi doctrina ex nativarum significationum visceribus eruta, plus habet roboris, qvam plaustra Locorum communium.* Et doctissimus Sixt. ab Amama in Antib. Bibl. pag. 125, *Hebræa lingva suas habet proprietates aliis inperceptibiles, & Spiritus S. (qvi non solum materiam, sed & verba suis Amanuensibus inspiravit) ejusmodi characteres Majestatis, gravitatis & ἐνεργείας, huic authentico textui impressit, qvos nulla interpretatio valet*

exprimere. Sic eleganter Clarisſimus Hottingerus diſputat: *1.* primit: Heidelb. Multa, inqvit, verſionibus deberi fateor, non tamen plura, qvàm qvibus aliis Commentariis, humanâ induſtriâ elaboratis. Habeant illa & retineant laudem ſuam, ſalvis interim & illibatis fontibus, qvorum examen Miniſtro commendare debet. I. *Emphaſis Verborum*, qvæ major ſæpè eſt in originali contextû, qvàm uno & altero interpretum vocabulo, qvacunq; alia lingva exprimi qveat. II. *Verſionum diſcrepantia*, in qva vel enucleanda vel concilianda una hæc omnibus præſtò eſt Cynoſura. Si Medicis *Galenus & Hypocrates*; Philoſophis *Ariſtoteles* originariâ lingvâ maximè placet, qvid Theologis conveniat, proclive eſt conjicere. Tanto enim in Theologia παρεξηγνεῖαι periculoſiores ſunt, qvantò anima præſtat Corpori. *Amatus Luſitanus in Scholiis curat. I. Cent. 1.* luculentiſsimo docuit exemplo, qvàm non liceat impunè peccare in translatione *Avicennæ* Medici. Morſum Viperæ curare juſsit Celeberrimus (primas enim ei poſt Galenum deferunt (Arabs אלתום *alio*; ſed אלנום interpretis ἀβλαβία irrepſit, qvod *ſomnum* notat, non ſine vitæ diſcrimine. In Theologicis qvot deviæ â textu Originali pepererint verſiones nova in Eccleſia dogmata, eâ præſertim ætate, qvâ vulgata editio omnia penè pulpita Templorum & Academiarum occupavit; alibi jam apertius demonſtravimus. Hodierno die, etſi in tanta literarum luce, verſiones exactæ & accuratæ non deſint, ſemper tamen manet: *Dulciùs ex ipſo fonte bibuntur aqvæ.* Imò ex Pontificiis ipſis Gretſerus alicubi ſcribit: *Hebræus textus hanc habet prærogativam, ut ipſa etiam verba immediatè ſint à Deo, qvod in translatione contigit; cùm verba ſuppeditet interpres, & qvidem humano ſtudio, non illo peculiari ductu & inſtinctu Spiritus S.* Ita Aloyſius Catanæus in concil. Trid. monuit, Card. Cajetanum ſæpe dicere ſolitum; *Eum, qvi Latinum ſolummodo Textum intelligeret, dici non poſſe, INFALLIBILE DEI Verbum intelligere; talis enim*, inqviebat, *ſolummodò intelligit vocem interpretis, qvi Erroribus obnoxius eſt.*

§. 14 Præterea ignorantiæ ſuæ ſolatium qværunt miſeri in Patrum ignorantia, ceu patet ex B. Luth. *Tom. II. Jen. Germ. pag. 459. vel Tom. II. Altenb. pag. 809.* ubi ejus hæc habentur verba: Ja ſprichſt du / es ſind viel Väter ſelig worden / haben auch gelehret ohne

Spra-

Sprachen : qvibus vero itidem l. c. respondet : Das ist wahr. Wo rechnest du aber auch das hin / daß sie so offt in der Schrifft gefehlet haben ? Wie offt fehlet S. Augustinus im Psalter und andern Auslegungen / so wohl als Hilarius / ja auch alle / die ohne die Sprachen sich die Schrifft haben unterwunden auszulegen ? Und ob sie gleich etwan recht geredet haben / sind sie doch der Sachen nicht gewiß gewesen / ob dasselbe recht an dem Orthe stehe da sie es hindeuten. Als daß ich des ein Exempel zeige. Recht ist geredet / daß Christus GOttes Sohn ist. Aber wie spöttlich lautet es in den Ohren der Widersacher / da sie des Grund führeten aus dem 110. Psalm : Tecum principium in die virtutis tuæ, so doch daselbst in der Ebräischen Sprache nichts von der Gottheit geschrieben stehet. Wenn man aber also mit ungewissen Gründen und Fehl-Sprüchen den Glauben schützet / ists nicht eine Schmach und Spott der Christen bey den Widerfechtern / die der Sprüche kündig sind ? und werden nur halsstarriger im Irrthum / und halten unsern Glauben mit gutem Schein für einen Menschen-Traum. Wes ist nun die Schuld / daß unser Glaube also zu schanden wird ? Nehmlich / daß wir die Sprachen nicht wissen / und ist hie keine Hülffe / denn die Sprachen wissen. Ward nicht S. Hieronymus gezwungen / den Psalter von neuen zu verdolmetschen aus dem Ebräischen / um des willen / daß / wo man mit den Jüden aus unserm Psalter handelt / spotten sie unser / daß es nicht also stünde im Ebräischen / wie es die Unsern führeten ? Nun sind aller alten Väter Auslegung / die ohne Sprachen die Schrifft haben gehandelt / (ob sie wohl nichts unrechts lehren) doch dergestalt / daß sie fast offt ungewisse / unebene / unzeitige Sprachen führen / und tappen wie ein Blinder an der Wand / daß sie gar offt des rechten Textes fehlen / und machen ihm eine Nasen nach ihrer Andacht / wie dem Vers / droben angezeiget / Tecum principium &c. daß auch S. Augustinus selbst muß bekennen / wie Er schreibet de doctrina Christiana, daß einem Christlichen Lehrer / der die Schrifft soll auslegen / noth sind / über die Lateinische / auch die Griechische und Ebräische Sprachen / es ist sonst unmüglich / daß Er nicht allenthalben anstosse : Ja noch Noth und Arbeit da ist / ob einer die

Spra-

Sprachen schon wohl kan - - dahero kommts/ daß jtzt der Apostel Zeit die Schrifft so finster ist blieben/und nirgend gewisse beständige Auslegung darüber geschrieben sind. Denn auch die H. Väter (wie gesagt) offt gefehlet / und weil sie der Sprachen unwissend gewesen/ sind sie gar selten eins / der fähret sonst / der fähret so - - derohalben haben auch die Sophisten gesagt / die Schrifft sey finster: haben gemeinet/ GOTTes Wort sey von Art so finster / und rede seltzam. Aber sie sehen nicht daß aller Mangel liegt an den Sprachen/ sonst wäre nichts leichters ie geredet denn GOttes Wort / wenn wir die Sprachen verstünden. Ein Türcke muß mir wohl finster reden / welchen doch ein Türckisch Kind von sieben Jahren wohl vernimmt / dieweil ich die Sprache nicht kenne. „ Darumb ist das auch ein toll Fürnehmen gewesen / daß man die " Schrifft hat wollen lernen durch der Väter Auslegen/und viel Bü- " cher und Glossen lesen. Man solte sih dafür auff die Sprachen begeben haben. Denn die lieben Väter/weil sich ohne Sprachen gewesen/ haben sie zuwei'n mit vielen Worten an einen Spruch gearbeitet / und deñochnu2 kaum hiñach geahmet/und halb gerathen/halb gefehlet. So lauffest du demselben nach mit viel Mühe/und köntest dieweil durch die Sprachen demselben viel baß selbst rathen/ denn der / dem du folgest: " Denn wie die Soñe gegen dem Schatten ist/ so ist die Sprache gegen " aller Väter Glossen. Weil denn nun den Christen gebühret die H. " Schrifft zu üben / als ihr eigen einiges Buch / und eine Sünde und " Schande ist / daß wir unser eigen Buch nicht wissen / noch unsers " GOttes Sprache und Wort nicht kennen / so ists noch vielmehr Sün- " de und Schande / daß wir nicht Sprachen lernen / sonderlich / so uns " ietz Gott darbeut/ und giebt Leute und Bücher/und allerley / was da- " zu dienet / und uns gleich dazu reitzet/ und sein Buch gerne wolte offen " haben. O wie froh solten die lieben Väter gewesen seyn/ wenn sie " hätten so können zur heiligen Schrifft kommen / und die Sprachen " lernen/ als wir könten. Wie haben sie mit grosser Mühe uud Fleiß " kaum die Brocken erlanget/da wir mit halber/ja schier ohne alle Arbeit „ das gantze Brod gewinnen konten. O wie schändet ihr Fleiß unsere " Faulheit/Ja! wie hart wird Gott auch rächen solchen unsern Unfleiß " und Undanckbarkeit. Daher gehöret auch/ das S. Paulus 1. Cor. 14.

will

will/ daß in der Christenheit soll das Urtheil seyn über allerley Lehre/ darzu allerdinge von nöthen ist/ die Sprachen zu wissen. Darumb ob" wohl der Glaube und das Evangelium durch schlechte Prediger mag ohne Sprachen geprediget werden/ so gehets doch faul und schwach/" und man wirds zuletzt müde und überdrüßig/ und fällt doch zu Bo-" den. Aber wo die Sprachen sind/ da gehets frisch und starck/ und" wird die Schrifft durchtrieben/ und findet sich der Glaube iñer neu/" durch andere und aber andere Wort und Wercke/ daß der 104. Psalm" solch Studieren in der Schrifft vergleicht einer Jagt/ und spricht:" GOtt öffne den Hirschen die dicken Wälder/ und Psalm 1. einem" Baum der immer grünet/ und immer frisch Wasser hat. Et paulo post" de Waldensibus: Weil sie ohne Sprachen bleiben/ wird ihnen man-" geln müssen/ daß sie die Schrifft gewiß und gründlich nicht handeln mö-" gen: Weil sie aber das wohl thun könten/ und nicht thun wollen/ mü-" gen sie znsehen/ wie es für GOtt zu verantworten sey.

§. 15. Deniqve etiam non raro excipiunt, *se velle tantùm Pastores rusticanos*, (paganos inqvam) *fieri; ad qvid igitur sibi illa lingvarum sacrarum studia, rusticis utiq; non profitenda?* Qvos verò Honoratissimus noster Anteceſſor Dn. D. Wasmuthus, *in Heautontimor. Conring. p. 70.* masculè pro more suo excepit, qvando ibid. scribit: *Eâdem operâ illi, Boves & ignavum pecus citiùs, qvàm Pastores futuri, omnibus liberalibus studiis, & Logicæ & Metaphysicæ, ipsiq; lingvæ Latinæ, (qvod & jam proximè expectatur), nuncium remittere possent; cùm & ea non magis apud Rusticos suos sint professuri. Ex hac jam verò deplorandâ, imò detestandâ ignaviæ προφάσει, in Academiis hodie plerisq; dudum evenire videmus, ut præ 20. aut 30. Collegiis Philosophicis, vix unum atq; alterum Lingvæ sanctæ haberi audiatur; aut si qvid tentent aliqvi, nihil atrociùs caveant, qvàm neulem* RADICIS EXTRACTIONEM *promoveant pigri; nam nec Præpositos suos, aut Superintendentes, magnos Doctores aliqvando, plura didicisse dicunt, qvales ipsi vix futuri sint. At interim verò videmus subinde tales socios & Fratres ignorantiæ, meros POSTILLATORES, vix literas Hebræas satis doctos, nihilominus suprema deinde affectare quasq; dignitates, (& qvid si etiam Theologicas aliqvando Professiones), qvi alios tunc meliom doctos, omnibus premunt modis, ne sint, qvi ipsos de imperitiæ possessione dejecturi metuantur, &c. &c.* Et in programm. contra D. Conring. p. 11. *Adò profundas apud eos egit radices ἀνεβρεγισίας persuasio, tantâ Præcepto-*

rum (Antecessorum) *autoritate nixa, ut novo seculum hoc egeat. Davide Burgundô Episcopô Ultrajectensi, qvi cùm è trecentis candidatis munium sacrorum, tres tantùm literarum sacrarum peritos admisisset, & ab amicis moneretur, reputandum esse, qvod hoc seculum non gignat Paulos aut Hieronymos, justo zelo respondit; Se nec Paulos nec Hieronymos requirere, saltem* ASINOS *pro hominibus admittere nolle.* Qvæ omnia tandem obsignare licebit Scaligeriano isto *lib. 3. Epist. p. 254.* STUDIA LINGVARUM NEMO BONUS UNQVAM NON ÆSTIMAVIT, NEMO MALUS NON CONTEMPSIT.

§. 16. Qvibus sic κατὰ ἄρσιν præmissis, jam κατὰ θέσιν & *per positionem* reqvirimus *(a)* Necessariam ante omnia *Protheoriam Generalem Præceptorum.* Qvamvis verò minimè probemus illos, qvi in merâ Grammatices explicatione occupati sunt, nec unqvam ad Scripturæ S. lectionem accedunt: non possumus tamen & illos probare, qvi totam Lingvam S. usu tantùm discendam esse, & proinde neglectâ omni Theoriâ Præceptorum, statim ad praxin seu continuam Bibliorum lectionem (illotis sanè manibus & pedibus, qvod ajunt) procedendum suadent. Qvam enim perversâ methodô hi incedant, dudum docuit Clar. Bauerus Ling. S. olim ap. Lipsienses Prof. Publ. *in Præfatione* Oraculis V. T. præmissâ, qvando scribit: *Nonnulli ἀεροβατοῦντες, nescio qvô opinionis errore fascinati, præcepta Grammatices prorsus, proscribunt, & more Rabbinicô aut Ratichianô, ad usum sive ipsum codicem Hebræum evolvendum extemplò festinant. At verò qvid præstent illi præceptorum Grammat. osores, & qvousqve perveniant, suo cum damno ac rubore experiuntur; haud absimiles Icaro ac Phaëtonti, qvorum hic solis currum artis ignarus affectavit; ille sine pennis volavit. Etenim, tùm Judæi, licet minorennes sine arte integrum Pentateuchum legere ac interpretari possint, adultiores tamen facti, & ad dignitatem Rabbinicam aspirantes, ad R. Eliæ, aut R. D. Kimchi elementa; tùm Ratichianæ Methodi amatores & æstimatores post multivias & reciprocas ambages, ad classicorum autorum præcepta Grammatices tandem recurrere, eademqve non sine tædioso labore addiscere necesse habent, si solidi qvid in Hebraica literatura proficere velint. Medio itaqve tutissimus ibit, qvisqvis hic feliciter metam attingere volet.*

§. 17. Atqve sic à primis Elementis orsurus Hebræophilus noster, simul ac literas & vocales modo nôrit ex pag. I. & seqq. lustret *Tabulam illam Synopticam toti operi præmissam*, & ex eâ consideret totius *Grammaticæ* nostræ simul & *Hebraismi Wasmuthiani* structuram, sicqve observet *partes*

majo-

majores seu *capita* ejus VII. esse, *Minores* autem seu *Regulas* esse L. planè sec. ordinem nativum Lingvæ dispositas. Qvem naturalem ordinem ut eò rectiùs intelligat tyro Hebræus (1) cogitet; in omni lingvâ addiscendâ, primum locum occupare ea, qvæ ad *lectionem* ejus requiruntur: habebit Caput I. *DE ELEMENTIS Ling. Hebrææ*; & qvidem ante omnia, *literarum, vocalium, & ministri vocalium* figuras, valorem & potestatem. Hinc Reg. I. II. III. IV. V. VI. VII. agent *de Schvajim & Dagesch, ceu nexibus literarum & vocalium.* Reg. VIII. *de Effectu nexûs literarum & vocalium, nim. de Syllabis.* Reg. IX., *de sede Accentus Tonici.* Reg. X. *de Translatione Accentus Tonici* è sua sede naturali: Hinc Reg. XI. *de Accentu Euphonicô*; & tandem Reg. XII. *de discrimine, Catuph a longo & Cateph Kamez*, utpote ex præcedentibus demùm Regulis rectè dignoscendô. (2.) Post *lectionem* vocis, statim sollicitus esse debet Hebræophilus de *significatione & Etymologiâ* ejus. Hæc qvia ex lexicis discenda est, & verò Lexica Hebræa, non uti Latina pleraqve sec. ordinem Alphabeticum singularum vocum, sed sec. ordinem radicum scripta sunt: igitur statim CAPUT II. & sic doctrinæ de *Etymologico Discrimine Literarũ* adeoq; *investigatione Radicis* sequitur. Atq; ita, qvia *Radix* seu primitivum constat suis literis *radicalibus*; Derivatum autem præter radicales etiam qvibusdã *servilibus*; Hinc agit Reg. XIII. *de literis Radic. & servilibus in genere.* Reg XIV. *de punctis lit. Radicalium & servilium in genere.* Reg. XV. *de Divisione lit. servilium in Essentiales & Extraessentiales.* Reg. XVI. *de lit. Extraessentialibus Paragogicis.* Reg. XVII. *de lit. Extraess. Epentheticis.* Reg. XVIII. *de lit. Extraess. Præfixis seu Consignificativis.* Post investigatam sic vocis radicem, Hebrææ lingvæ Cultor ulteriùs sollicitus esse debet de specie illius vocis; & qværere, an præsens vox sit *Nomen*; an vero *Pronomen*; An *Verbum regulare*, an *irregulare*; Unde (3) Cap. III. & simul Reg. XIX. agit *de Nomine.* (4.) Cap. IV. & simul Reg. XX. *de Pronominibus, tùm separatis, tùm insepanabilibus.* (5.) Cap. V. *de Verbo regulari*, & qvidem Reg. XXI. *de Congugationibus in genere.* Reg. XXII. *de Temporibus in genere.* Reg. XXIII. usqve ad XXVIII. *de Conjugationibus earumq; specialibus Temporum formis in specie.* (6.) Sic & Cap. VI. *de verbo Irregulari seu Anomaliis vocum*; qvæ triplices sunt, nim. vel ob lit. *Gutturales*, vel *Quiescentes*, vel *Defectivas.* Hinc Reg. XXIX. & XXX. *De Anomalia liter. Gutturalium.* Reg. XXXI. usqve ad XXXVII. *de Anom. liter. Qviescentium.* Reg. XXXVIII. usqve ad XLII. *de Anom. liter.*

Defectivarum, qvibus subnectitur Reg. XLIII. *de Anom. Verborum confundentium formas.* (7) Restat deniqve Doctrina de *Mutatione vocalium*, ut omnibus partibus orationis communis, qvæ igitur ad ultimum servata, demum Cap. VII. & ult. proponitur. Et qvia de *Mutatione Vocalium*, est vel *Euphonica*, hinc Reg. XLIV. *de eâdem agitur*: vel *Necessaria* cui permittitur per modum præmonitionis Regula XLV. *de vocalibus immutabilibus tam in Nominibus, qvàm Verbis*, ceu *Generalis* qvædam *Exceptio* à sequentibus Regulis simul omnibus, qvibus aliàs semper ingeminanda ea denuò fuisset. Hinc Reg. XLVI. *agit de necessariâ Mutatione vocalium in Nomine tantùm, per VIII.* Membra, sec. ordinem vocalium. Reg. XLVII. *de Affixis verborum, & Punctis eorum cum verbis.* Reg. XLVIII. *de Mutatione Vocalium in Verbis ob Suffixa per* VI. Membra, itidem sec. ordinem Vocalium. Reg. XLIX. agit *de mutatione terminationis servilis in verbis ob Affixa.* Et tandem Reg. L. *de Mutatione Vocalium in particularum præfixione cum affixis pronominum Personalium.* Tandem subjiciuntur *Idiotismi Syntactici & Poëtica Hebræorum.*

§. 18. *Tabulâ hâc Synopticâ* sic benè lustratâ; immittat se Hebræophilus in ipsam Grammaticam, & attentè perlegat (1) Capitis I. Regulam I. II. VI. & VIIæ Membrum I. it. Reg. XI. & XII. qvippe qvæ imprimis ad *lectionem* facient. Atqve harum qvalicunqve perceptâ prænotione, statim ingrediatur *Exercitium Lectionis* illud, qvod eum in finem, initiô nostræ *Praxeos Analyticæ in Parte III.* hujus opusculi, Latinâ expressione genuinæ pronunciationis, est subjectum Hebræo textui, distinctis semper syllabis, cum tonô & charactere diversô vocalium, qvantum licuit. Consideret jam circa Voces legendas (α) *literas*, & qvidem an habeant *Schva* an *Vocalem.* Si Schva, videat, an illud Mobile, an qviescens sit, ex Reg. I. atqve recordetur inde, Schva illud nunqvam cum sua litera facere Syllabam, sed nectere tantùm illam vel cum seq. litera, (si scil. fuerit Schva mobile); vel cum præcedente, (si fuerit Schva qviescens); itidem ex Reg. I. Si vero literæ habeant Vocalem, videat, an longa sit illa vocalis, an brevis? Si longa, constituet & absolvet illa unà cum suâ literâ *Syllabam*, & qvidem *simplicem*; sin brevis, ordinariè non constituet aut absolvet Syllabam, sed attrahet seqventem literam vel per *Dagesch*, vel per *Schva*, & sic faciet *Syllabam Compositam* ex Reg. VIII. (β)

Con-

Consideret *Accentum Tonicum*, an is in ultima, an in penultima sit, sec. Reg. IX. nec non Accentum Euphonicum *Metheg*, si fortè adsit sec. Reg. XI. atqve ita instituat *Praxin* hujus Cap I. *in Lectione*, & qvidem clarâ voce, donec lingva peregrino huic Idiomati adsuescat, ne dehinc ad singulas occurrentes voces titubet. (2) Nunc obiter saltim lustret Reg. III. IV. V. VII. & X ac statim se conferat ad Cap. II. qvod agit de *Derivatione vocum* seu, ut vulgo dici solet, *de Investigatione Radicis*. Atqve hîc ex Reg. XIII. accuratè discernere discat *à Radicalibus*, literas *serviles*, qvæ sunt: מִשְׁהָ וְכָלַב אֶתְיָן, & sciat, literas illas non sic dici *serviles*, qvasi semper serviant; sed qvod servire possint, sc. litt. אֶלְכָּשׁ circa initium tantum: הֶמְכָּן circa initium & finem: יוֹת ubiq;: pervolvat dehinc levi operâ Reg. XIV. XV. XVI. & XVII. sed XVIII. accuratius paulo sec. Membra sua consideret. (3) Progrediatur nunc porrò ad Cap. III. *de Nomine*, idqve attentius etiam unâ cum suis octo affectionibus sec. totidem membra pertractet. (4) Tum pergat ad Cap. IV. De *Pronominibus tàm Separatis, qvàm Affixis*, eamqve doctrinam accuratè memoriæ mandat, qvia hujus præcognitio ubiqve, imprimis verò in Verbis usum exerit. Probè hoc capite cognitô immittat se in Cap. V. *de Verbo Regulari*, & Reg. XXI. & XXII. accuratiùs paulo legat: Ex reliqvis vero Regulis sc. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. & XXVIII. lustret saltim Memb. I. & II. atqve ex iis significationes & characteres singularum Conjugationum benè observet: Membrum autem III. reservet futuræ Praxi Analyticæ. Hisce sic perceptis, fideliter memoriæ mandet Paradigma פָּקַד & in eo qvidem (α) *Præterita omnia*, imprimis v. Præteritum primæ Conjug. seu Kal. Consideret hic literas Characteristicas Personarum, sc. in fine ת, tertiæ sing. Fœm. תָ, 2. sing. Masc, תָ, 2. sing. Fœm. תִי, 1. sing. Comm. ן, 3. plur. Comm. וּ 2. plur. Masc. תֶם 2. plur. Fœm. נָה, 1. plur. Comm. Qvarum pleræqve desumtæ sunt ex Pronominibus personalibus, eorumq; ultimis Syllabis, uti ex collatione cum Reg. 20. patescet. Hoc Præteritô benè cognitô, ita ut Hebræophilus illud, tùm sec. ordinem personarum, tùm extra ordinem posit recitare; pergat ad reliqvorum qvoqve Præteritorum flexionem, qvæ planè eadem erit cum flexione τῆς Kal, observatis saltim reliqvarum Conjugationum Characteristicis: & in his qvoqve eo usqve (per horam fortè) se exerceat, dum

memo-

memoria omnes omnium conjugationum personas fideliter secundum & extra ordinem reddere possit. (β) *Futura* qvoqve omnia. Hic iterum consideret Characteristicas Futuri tùm ab initio *præformativas* אתין sc. א, י. Personæ sing. ת, 2. pers. & י, 3. pers. sing. & נ, 1. pers. plur. tùm à fine *afformativas* ינה, nim י, 2. sing. Fæm. ן, 2. & 3. plur. Masc. נה, 2. & 3. plur. Fæm. Qvæ itidem per horam uti Præterita exerceantur. (γ) Hisce bene cognitis, ultro notæ erunt formæ *Imperativi & Infinitivi*, scil. ex secundis personis Futurorum, vel abjiciendo tantum Characteristicas Futuri, ut in Kal & Piel; vel substituendo literam Characteristicam Imperativi nim. ה in locum Characteristicarum Futuri אתין, uti in reliqvis Imperativis & Infinitivis. (δ) Ulterius assumat *Participia*, eaq; flectat instar nominum, seu omnia hæc patent ex ipso Paradigmate. Qvod Paradigma si vel cum sodali vel etiam solitariè benè exerceatur, nulla dehinc fere in universa lingva restabit difficultas. (ε) Ut tamen paradigma illud firmius adhuc infigatur memoriæ, flectatur unum alterumve Verbum regulare, e. g. מָלַךְ *regnavit* & שָׁמַר *custodivit* sec. normam פָּקַד, ubi solùm ex Reg. XXVIII. Memb. III. observetur, qvod verbum שָׁמַר in Hithpael literam ש ceu sibilam cum ת transponat, ut ita loco הִתְשַׁמֵּר fiat חִשְׁתַּמֵּר. (6) Hisce præcedentibus sufficienter cognitis, pervolvat jam CAPUT VI. *De Anomaliis vocum*, & in eo attendat, tria tantum Anomalorum genera esse, scil. literarum *Gutturalium*, *Quiescentium* & *Defectivarum*, qvæ ab initiô leviter saltim in suis Regulis pervolvat. (7) Eodem etiam modo percurrat CAP. VII, *De Mutatione Vocalium*, ac denuò attendat, illam esse vel (α) *Euphonicam* in Reg. XLIV. vel (β) *necessariam* eamqve vel in *Nomine* tantùm, sec. Reg XLVI. vel in *Verbo* tantùm sec. Reg. XLVII. XLIIX. & XLIX, vel deniqve in Particulis sec Reg. L.

§. 19 Præmissa nunc tali, ut diximus, Theoriâ, reqvirimus (β) *Praxin Grammaticæ*, qvâ Hebræophilus statim aggrediatur Partem III. hujus Atrii, nim. *Analysin Hebræo-Practicam*, planam admodùm & dilucidam, è nativo omnium Notionum Grammaticarum nexu sic adornatam, sec. Regulas vel hujus *Compendii* vel & *Hebraismi Restituti* D. Wasmuthi è qvibus semper modo Exempla ad Regulas accommodando, non poterit non vel qvivis mediocri ingeniô, tàm facilè & evidenter omnia penetrare, ut ipsâ re & opere comperturus sit, qvàm nullô negotiô & qvasi per ludum nunc addisci

possit

possit nobilissima omnium Lingva S. ad eamqve jam vel cuilibet liceat sibi ipsi esse Doctori & discipulo.

§. 20. Hîc speciatim vero de *investigatione Radicis* monendum, qvod non opus sit hîc cum vulgatis Grammaticis Hebræis peculiarem proponere doctrinam, aut novos plane de ea libros conscribere, aut tritis versiculis, *Abjice serviles, & si tres forte supersint &c.* novi qvid (non sine tricis & magnâ tamen imperfectione), inculcare Tironi; sed monendus is modò est, qvod Radicem seu Etymon Vocis investigaturus, nonnisi recordari opus habeat illarum Regularum, qvæ jam tum extant, & ipsi notæ erunt, tùm de literis *radicalibus* & *servilibus*, & his qvidem vel *Essentialibus* seu *formativis* האמנתיו in nomine & Verbis; vel *Extraessentialibus* sive *Paragogicis*, sive *Epentheticis*, sive *Consignificativis*, (ceu Regulæ nostræ 13. 14. 15. 16. 17. 18. ostendunt); tùm de *suffixis* Pronominalibus in Nomine aut Verbo, in Reg. 20, & 47. Qvò scil. nôrit Tiro, literas illas omnes in resolutione vocis sic iterum abjiciendas esse, prout compositionem aut flexionem Radicis ingressæ sunt per illas regulas. Imprimis a. ex Reg. XIII. observet, qvod literæ אלבש circa initium, המכן circa initium & finem, יות ubiqve servire, adeoqve in derivato iterum abjici possint. Qvoad *Anomaliam* vero recordetur pariter illarum Regularum, qvæ sive primam, sive secundam, sive tertiam radicalem, sive duas simul abjiciendas aut mutandas docuerunt, in toto CAP. VI. hujus nostræ *Grammaticæ*, vel *Hebraismi Rest Wasmuthiani*; ut scil. eodem modo restituat eas Tiro, qvo amissas easdem jam didicit locis citatis. Qvi enim Genesin novit, qvi Analysin non nôrit? hæc omnium commodissima & certissima est ratio investigandæ radicis. Conf. de eodem ulterius Heb. Rest. Wasm. p. 61.

§. 21. Et ut totum id, qvod diximus, Exemplo qvodam illustremus, assumat Hebræophilus e. g. primam Scripturæ S. vocem בְּרֵאשִׁית. Hic procedat sec. Capita Grammat. & instituat

(α) Lectionem ex Cap. I. ubi inveniet literam בּ habet punctum intrà se, (qvod est Dagesch lene, sec. Reg. VI.) sub se autem Schva mobile, adeoqve non constituens Syllabam, sed nectens saltim literam cum seqv. רֵ, sec. Reg. I. qvæ lit. רֵ sub se habet Zere, in qvô seqvens א qviescit, sec. Reg. II. M. II. atqve sic fit Syllaba composita, sec. Reg. IIX. hinc שׁ cum Chirek, (in qvo י qviescit sec. Reg. II. M. I.) ultimam literam תּ per Schva ejus

subin-

subintellectum attrahit, sec. Reg. II. M. I. & Reg. VIII. fitqve Syllaba nova: Accentus est ultima, sec. Reg. IX. M. II.

(β) Etymologiam ejusdem vocis: Hic consideret ex Reg. XIII. eam non esse Primigeniam, sed Derivatam, qvia pluribus, qvàm tribus constat literis. Qværenda igitur erit Radix, qvæ invenietur abjiciendo literas serviles, & retinendo veras radicales: sed qværas, qvænam literæ sint h. l. verè radicales? Resp. consideretur tum ב, qvæ litera est ex numero servilium, & qvidem h. l. debitô cum punctô, debitôqve in loco posita per Reg. XIII. lit. α. tùm ר, qvæ non est ex servilibus sed radicalibus, tùm א & ש, quæ licet aliàs qvidem sint serviles, h. l. tamen actu serviles non sunt, quia non debitô in locô sunt positæ: (אלבש enim ab initio communiter tantùm servire, notum est ex Reg. XIII.) tum ת, qvæ sunt serviles, qvippe qvæ ubiqve servire possunt, imprimis qvia jam antea adfuere tres radicales, nim. ראש qvæ literæ si evolvantur in Lexico, exhibebunt significationem *Capitis*, inde descendet Nomen ראשית *principium*, cui tantum proponitur lit. ב, significans *In* ex Reg. 18. M. VII. & vox habetur qvæsita. Et sic in aliis procedat.

(γ) Ulterius determinetur, an illa vox sit Nomen ex Cap. III. an alia pars Orationis? & qvia est *Nomen*, consideretur sec. VIII. Membra Regulæ XIX. ubi apparebit, id esse Nomen (1) *auctum*, (2) *Substantivum*. (3) *Gen. Fœm.* (qvia in ת servile desinit) (4) *Motionem* ei non competere, nec (5) *Comparationem*, qvia est substantivum: (6) *Casus esse κατ' ἀναλογίαν* forte Ablativi. (7) *Numeri sing.* (8) *Status* absoluti: & qvidem cum præf. ב, qvod significat in sec. Reg. XVIII. M. VII. Atqve sic in aliis per aliqvot horas sec. ductum Analyseos nostræ procedat, donec tandem nonnullos in Analysi sentiat profectus.

§. 22. Hinc regrediatur noster Hebræophilus, & reassumat accuratius paulo pertractandum Cap. VI. & in eo (α) *Anomaliam Guttural.* ex Reg. XXIX. & XXX formetqve e. g. Rad. עבד *servivit* & אסף *collegit* sec. formam פקד applicetqve Regulas modò dictas in illis scil. personis, ubi littera Gutturalis deberet recipere Schva: aliàs enim talia Verba nullam pariunt Anomaliam.

(β) *Anomaliam Qviescentium*, vel in Genere sec. Reg. XXXI. vel in specie, tùm 3. Radicis & sic flecti possunt e. g. Radices מצא invenit & ברא

crea-

creavit sec. Reg. XXXII. (ubi tamen circa Verbum בָּרָא observetur, Literam ר levem qvoq; parere anomaliam in recipiendo Dagesch, e. g. in *Piel, Püal & Hithpael*, ubi Dagesch illud excluditur & compensatur per vocalem longam sec Reg. VII. & licet illæ formæ in hoc verbô non occurrant, totum tamen analogicè formandum est, ut difficultates in aliis dehinc verbis occurrentes sic innotescant): tùm 3. Radic. ה, ubi formentur e. g. Radices גָּלָה & עָלָה sec. Reg. XXXIII & XXXIV. & conferantur simul in Rad. עלה Reg. XXIX. & XXX. tum med. Radic. ו, ubi flectantur e. g. Radices קוּם & רוּם sec. Reg. XXXVI. tum 1. Rad. י, ubi exerceantur v. e. Radic. יָשַׁב & יָלַךְ sec. Reg. XXXVII.

(γ) Anomaliam Defectivorum scil. tum 1 & 3. נ, & sic formentur Verba נָגַשׁ & נָתַן sec. Reg. XXXVIII. & XXXIX. tum 3. ת ubi flectatur Verbum כָּרַת sec. Reg. XL. tum mediæ geminatæ, ubi flexio fiat Radicum סָבַב & גָּלַל sec. Reg. XLI. & XLII.

§. 23. Nunc ordo postulat, ut attentiùs etiam perlegat CAP. VII. de *Mutatione Vocalium*, non qvasi verbotenùs ediscendæ sint istæ Regulæ, sed saltim, ut promtè in Analysi rationes mutandarum vocalium inveniri possint. Nam qvod iterum iterumqve ingeminatum volo: *Grammatica ex praxi potius, qvàm ex Theoria exactè discenda est.*

§. 24 His omnibus sic accuratiùs pertractatis, continuet ulterius *Praxin Analyticam*, nec desistat, donec tandem hæc IV. Cap. Genes. absolverit. Hæc enim, præterqvam, qvod qvintam ferè Radic. Hebr. partem exhibent, eô etiam modô comparata, ut priùs faciliores, postea verò paulatim difficiliores formas sistant. Ut ita apta nata videantur hæc IV. Capp. ex qvibus qvis non contemnenda Lingvæ S. fundamenta acqvirere possit.

§. 25. Huic verò Analytico-Grammatico studio perqvam utile & jucundum erit addere etiam, (I.) *Idiotismos Lingvæ S.* Grammaticæ nostræ & pleius Hebraismo Rest. Wasmuthiano subjectos, qvô Spiritus S. sensus intimiùs perspici & modi loqvendi huic lingvæ peculiares è nativis suis principiis intelligi qveant. Conferri etiam potest Syntaxis in *Thesauro Buxtorfiano* exhibita, nec non observationes Syntacticæ in Philolog. Sacr. B. Glassii vel ejusdem Epitomatoris *Henrici Philippi Heerwarti* in scrutinio Philologico contentæ. (II.) Conjungi possent simul addiscendæ qvotidiè aliqvot Radices Hebrææ (saltim 10. aut 15 in dies) è subjuncto hic simu ob id, in parte *IV. Compendio illô Lexici Hebræi*, qvod singulari

curâ & selectu ex Concordantiis ita est excerptum, prout freqventissimus qvarumqve vocum usus in Codice S. Tironem maximè juvare potest: Præmitti autem possent primô curriculô illa, qvorum significatio Latinâ antiqva literaturâ, qvam in Typographiis vocant, est expressa, utpote qvæ minimùm in Script. S. trigesies occurrunt: qvibus etiam subjunxi Catalogum ferè omnium *particularum separatarum*, qvarum cognitio magnum in interpretatione Scripturæ S. præbet Usum. Atq; illa initio Tironi sufficere possunt. In majores autem profectus serviet Lexicon Clariss. Buxtorffii in 8. vel qvodplenissimum Deo vol. proximâ occasione edemus, ad prælum jam paratum, *Inventarium Linguæ S* seu *Lexicon Hebræo Biblicum bipartitum*, cujus *prior pars* procedet sec. *Radices*, easqve sæpè amissas, unà cum Derivatis & veris ac formalibus *significatis*, maximam partem ex reliqvis Lingg. Orientall. restituet: *Posterior verò Pars* exhibebit *Formas* vocum omnes tùm *regulares*, *tùm irregulares* sec. ordinem Alphabethicum digestas atq; *Analysi Grammaticâ* (allegatis ubiqve Regulis earumqve membris ex *Hebraismo Wasmuthiano* vel & hoc ejus Compendiô) instructas, ad modum ferè Græci Lexici Schreveliani, ut ita qvis in offenso pede in universo Codice S, feliciter progredi qveat.

§. 26. Intereà, ne in his tàm necessariis, Hebræophilis nostris deessem, cumqve Lingvæ S. non solùm tirones, sed & provectiores in eadem, aliqvando in horum *Anomalorum difficiliorum investigatione* dubii fluctuent, non sine magnâ temporis & laboris jacturâ; commodissimum in eam rem subsidium hic suppeditare volui *Parte V. hujus* Atrii, *INDICEM* nim: plenissimum Anomalorum difficil. omnium ex universo Codice S. in *Hebraismo Restituto Dn. D. Wasmuthi* enucleatorum, allegatis semper illius *paginis & lineis*. Ubi saltim prænotamus, qvòd cùm singulari horum omnium delectu opus fuerit, ne enormiter excresceret Grammaticum hoc nostrum institutum, eô institerimus compendiô, qvô & indagator horum nobiscum utetur), ut (α) communiores & regulariores Anomalias jam tùm ex praxi nostra velut notas præsupponamus, hic igitur non amplius reqvirendas. (β) Vocum incipientium à *servilibus* משה וכלב imprimis ו & ה, ea imprimis Anomala recensuerimus in dicto Indice, qvæ per ipsarum harum literarum Grammat. rationes Anomaliam suam accepêre; reliqva verô qvæ non per ipsas illas Literas, sed abs se Anomaliam sortita sunt, sub propriis suis literis initialibus plerumq; qværenda sunt, ut ut

sæpè

sæpè & cum ejusmodi servili initiali reperiantur. (γ) De Anomaliis à litera aliqvâ Essentiali servili אהין, aut aliis formativis Temporum incipientibus idem observandum; qvod si fortè non sub hâc vel illâ præformativâ occurrant (sive in Indice, sive in Codice S.) sub altera simili, (sive אהין sive reliqvis Temporum præformativis) qværendæ veniunt.

§. 27. Nunc (III.) *Praxis* qvoq; *Hebræo-Biblica* omnino accedat necesse est. Neqve enim in hisce modò Grammaticis Principiis aut exercitiis Elementaribus, (qvamvis & ipsis priùs necessariis, ceu superius demonstravimus), substitisse fas erit, sed *malè potiùs eum cœpisse diceremus, qui hic desineret.* Qvin ergò ab hisce fundamentis benè jactis, transire prorsus oportet Lectorem Hebræophilum ad studium *Cursorio-Biblicum*; atq; ita qvidem, ut is priùs nostra *Biblia parva dictorum Classicorum totius V. T.* sibi qvam familiarissima reddat; ubi non solum in Lingva S. eam acqviret perfectionem, qvâ dehinc in universo codice S. fere sine remorâ versari, enmq; fermè totum ultrô intelligere possit, utpote in qvibus pleræq; & tantum non omnes Voces Hebr. & Chaldaicæ Codicis S. cum curâ exhibentur, uti id experientia abunde hactenus comprobavit: sed in promtu aliqvando habebit Thesaurum egregium Dictorum tum probantium in Disputationibus Theologicis contra Adversarios, tum & Textualium pro concionibus explicandorum. Hisce Bibliis nostris parvis semel atqve iterum perlectis, eorundemq; repetitione forte in diem Sabbathi translatâ, accingat jam se hujus lingvæ Cultor ad qvotidianam Biblicorum Lectionem, eâq; ad certum aliqvot capitum pensum firmiter adstrictâ, intra præfinitum aliqvod tempus totum Codicem S. absolvat, qvô sic qvandam cum lingva S. familiaritatem contrahat: ubi reverâ experietur demum, qvam ineffabilis dulcedo Originarii & authentici sermonis Spiritus S. majorem in dies ardorem ultrò exstimulatura sit erga divinissimos illos sensus & emphases Sacri fontis, qvas nulla unqvam versio satis assеqvi potest, frustra sic suam Lingvæ S. imperitiam solâ versionum ope solantibus sæpe multis ἀνιερογλώττοις. Et ne qvis jure conqveri possit vel de iniqvô Codd. Hebræorum pretiô, qvô qvi aliqvam ἀκριβείας somam habent, vendi solent, vel de perpetuis, qvibus etiam accuratiores Codd: laborant vitiis, nunc qvoq; in gratiam Hebræophilorum prodeunt Biblia nostra Hebræa Emendatissima in octavo, ut vocant, minori, qvibus per multos annos insudavi, qvæq; cum plusqvam viginti & pluribus Codicibus optimis & impressis & MSCtis la-

boriosissimè contuli, eiqve ad Masoram utramqve & libros Masorethicos & Criticos Hebræorum alios, itemq; ad analogiam Grammaticam & Accentuatoriam magnâ cum curâ & studio examinavi, qvorum pretium nemini unqvam erit.

§. 28. Huic jam ergo majori Lingvæ S. perfectioni, insignia præstabunt adjumenta, qvin necessario prorsus ad manus sint, & conferantur oportet (α) *Plenius illud opus Hebraismi Restituti DN. D. Wasmuthi*, veluti *Commentarius Grammaticus absolutus*, qvô difficultates omnes & speciliariores Anomaliæ plenè expeditæ sunt, ordine ac tenore ubiq; eodem cum publicato jam *Compendio* ejusdem.

(β) *Accentuationis Hebraæ* tot seculis desideratissima Doctrina ab eodem viro Celeberrimo, primò omnium in justas Regulas & omninò *Methodicam Institutionem* redacta, cum præmissa *Instructione planâ* & perspicuâ, qvomodo qvis eam proprio demum Marte (in defectu vivæ manuductionis), addiscere & in usus Hermeneuticos Scripturæ Originariæ transferre possit ac debeat. Ad qvod opus prolixius & plenius ut Tironibus qvoqve aditum pararem faciliorem edidi *Atrium meum Accentuationis Hebraicæ*, in qvo (1) *Præcepta* compendiosè ac plenè eodem regularum ordine & Verborum tenore cum majoribus Institutionibus Dn. D. Wasmuthi ex industriâ sic servatô proponuntur, ut & hic alterum alterius fundamentum & Complementum, ambo verò mutua sibi & discentibus subsidia præstare possint. (2) *Index* difficiliorum & ultra 3000. Anomalorum ex universô Codice Hebræo sec. ordinem libb. & Capitum selectorum, & Institutionibus majoribus Wasmuthianis enucleatorum non sine labore exhibetur, qvô facilius, si qvis locus in Codice Hebræo difficilior occurrat, sine jacturâ temporis inveniri atqve per regulas & rationes in præceptis propositas explicari possit.

§. 29. Restat nunc PRAXIS HEBRÆO-*Philologica*, qvâ non minùs necessaria qvoqve Hebræophilo est Notitia, (α) *Momentosarum maximè Controversiarum sacrarum*, tùm circa *Literarum & Punctorum*, S. Textus Heb. *Authenticam originem*, qvorum illas (Literas) pridem malitia & fraus Diaboli qvasi *spurias*, *adulterinas* & *suppositias*; hæc vero (*puncta*) qvasi recens *additamentum Masoretharum* aut *Excrementum*, ut loqvuntur, *Rabbinorum*, per nonnullos Anti-Hebraistas pessimè infamavit); tùm circa *Integritatem ac certitudinem* S. Textus Hebræi, qvam post Pontificios, alii etiam, proh dolor! qvorum potiùs fuisset defendere, qvàm destruere aeropolin

polin orthodoxæ Ecclesiæ, acerrimè impugnarunt, & qvantum in ipsis, perditissime pessundatum iverunt. Qvos verò unà omnes pro meritô exceptos, & mascule contusos, vide in clariss. Buxtorfii tum *Anti-Critica*, tùm *Tract. de Punctis*, nec non Celeb. nostri Antecessoris Dn. D. Wasmuthi *Vindiciis Anti-Capell-Walton-Conringianis*, qvibus & ipsis adeo rem Hebræam qvoqve præclarè restituit laudatus Autor.

(β) *Variarum rerum Philologicarum S.* necessaria non minùs est cognitio; qvam summariè qvidem è *Cl. Leusdenii Amici honorandi Philologo Hebræo & Hebræo-Mixto*, imprimis nova ejusdem editione; nec non è Celeb. Hottingeri Thesauro Philologico, it. è *Clariss. Dn. Pfeifferi* dissertationibus eruditis; pleniùs verò ex pluribus aliis Celeberr. Virorum Buxtorfiorum, Glassii, Hacspanii, Helvici, Caroli Sigonii, Corn. Bertrami, Petri Cunæi, &c. scriptis inclytis perdiscere licet, seu de *Masora*, *Targumim*, *Cabbala*, *Lexicis*, *Commentariis Rabbinorum*, *Rebus & Ritibus Hebræorum*, *Lingvarum & Versionum Orientalium usu*, aliisqve Philologicis Tractatibus singularibus variorum Autorum, ut Ar. Montani & Waltoni Apparatu Biblicô, ipsorum operibus sumptuosissimis præfixô. In *Bilico-Criticis* autem *Clariss. Dn. Poli* Angli, amici qvondam Honoratissimi *Critica selecta* in universam Scripturam S. itemqve B. Welleri & Geieri, Tarnovii, Varenii & Schmidii Scripta Exegetica præ aliis adhiberi possunt.

§. 30. Deniqve & reliqvorum adjungenda pariter est lingvarum orientalium cognitio, qvarum præcipuæ omnium

(α) *Chaldæo-Targumico-Rabbinica*, in opere Buxtorfiano Basileensi, luculentis Rabbinorum Commentariis conferendis cum S. Textu Originario, ut & aliorum judæorum legendis scriptis, tum insignem præstat usum, ut ejus qvoqve cultu & peritia carere non possit dexter futurus Theologus. Præcepta ad eam dedimus facillima & perfecta, eâdem cum his Hebraicis Methodo iisdemqve L. Regulis, ut qvi has intelligit, non possit non & illa ultrò intelligere.

(β) *Syriaca Lingva* non minus necessaria, luculentum sui monstrat usum tum in obscurioribus Scripturæ S locis per antiqvissimas suas V. & N. Tti. Versiones illustrandis; tum in Radicum ap. Hebr. perditarum genuina significatione restituenda, tum & in Historia Ecclesiastica & Ecclesiarum Orientalium statu cognoscendo, hujus qvoq; Præcepta exhibuimus in *Syriasmo nostro Hebraismo Harmonico*.

(γ *Samaritana* ut facillima, ita qvoqve utilissima futuro Theologo. In ea habemus tum Textum Pentateuchi Hebræum Samaritanis literis jam olim (non tamen originaliter) descriptum: tum Versionem ejusdem antiqvissimam, tum & multas adhuc Voces, qvæ lingvæ Hebrææ lucem fœnerari possunt non ingratam. Præcepta suo tempore dabimus Chaldaicis Harmonica in nova editione nostri Chaldaismi Targumico-Rabbinici. Lexicon simul exhibuit Celeberrimus Castellus in Lexico suo Heptaglotto.

(δ) *Arabica*, si qvæ alia totius Orientis, hæc sanè utilissima & prope necessaria est Hebræophilo. Præterqvam enim, qvod hæc Hebrææ maximam lucem affundit tum in accurata Etymologiæ ratione, tum in formali vocum significatione, (ut qvodammodo patet ex Atrii hujus Parte III. ad Vers. 1. cap. 1. Genes.): magnum eâ qvoq; exerit usum in Theologia exegetica, Facult. Medica, Philosophia, aliisq; artibus & scientiis, id qvod jam olim Clariss. Clenardus pecull. Orationibus de lingva Arab. & Dn. D. Wasmuthus *in Paræneſi* Gramm. suæ Arab. præmissa, aliiq; plures abundè demonstrarunt. Adminicula ad hanc ut præcipua saltim breviter indigitem, sunt (1) *Grammatica Arabica*, præcipuè celeberr. Wasmuthi, Amstelodami Anno 1654. excusa. (2) Praxi studii Arabici maximè inserviet initio illud specimen Arabicum Clariss. Fabritii Rostochii An. 1638. editum, aut Erpenii Surata Josephi cum breviss. Annot. aut celeb. Pocokii, Præceptoris in his qvondam mei venerandi Carmen *Tograi* Oxonii Anno 1661. editum cum prosod. Arab. Clariss. Clerice. (3) Lexicon vero adhibendum erit Clariss. Golii in fol. An. 1653 Lugd. Bat. editum: aut qvi horum compendium facere velit, sumat aliqvando nostrum ATRIUM lingvæ Arabicæ, eadem cum hoc Hebræo concinnatum methodo, qvod commodis φιλανατολικογλώττων ab aliqvot annis elaboratum asservamus, dum ei typis exprimendo forte inveniamus, impensas qvi ferat. Sistimus autem ia eo (1) Consilium, qvomodo qvis proprio Marte studium hoc aggredi & feliciter absolvere possit. (2) Grammaticam plenam & Methodicam Hebraismo, qvantum fieri potuit, Harmonicam (3) Accuratam Analysin Grammatico-Philologicam multorum Textuum Arabicorum cum genuina expressione veræ & genuinæ lectionis & pronunciationis (4) Lexicon Arabicum compendiosum pro Versione Bibliorum Arabica & Alkorano pleramqve partem intelligendas.

(ε) *Per-*

(ε) *Persica* qvoq; Lingva Philologiæ Studiosi non penitus negligenda. Hæc præter summam sui facilitatem, non solum multas voces Persicas, Textui S. imprimis libris Estheræ, Danielis & Esræ insperſas, adeoque sine hujus lingvæ cognitione obscuras clarissime illustrat; sed & ad sensum Scripturæ S. facilius intelligendum Versio ejus interdum satis apta, non omnino nihil facit: ut taceam elegantissima scripta alia in hac lingva edita, ceu sunt, Historia CHRISTI Xaveriana cum notis à Lud. de Dieu edita, & Musladini Sadi Rosarium Persicum, seu Amœnum sortis hum. Theatrum cum versione & notis à Clariss. Gentio Orientis per aliqvot annos incolâ Amstel. 1651. in fol. editum &c. *Grammaticam* dedit tum Ludov. de Dieu in Rudimentis suis Persicis, tùm Clariss. Joh. Gravius Anglus cum Tractatu de Siglis Arab. & Persarum Astronomicis. Lond. edit. 1649. Qvalem & ipsemet eamqve qvantum fieri potuit Hebræo-Harmonicam, & ex Versione Codicis S. exstructam hactenus Auditoribus meis in scripto communicavi.

Deniqve (ζ) & *Ethiopica* adjungenda, ob rationes easdem, quibus præcedentes lingvas requisivimus. In hac optimè præibit Nobiliss. Ludolfus, exquisitâ Grammaticâ & Lexicô sufficienti & pleno Londini in Angl. per Clar. Wanslebium Anno 1661. edit.

Tandem vero (η) cum in hic exoticis Lingvis omnibus, Textus, imprimis Sacri sint rarissimi, optandum, ut qvis bono publico Biblia Parva Polyglotta seu Compendium elegantissimorum & Classicorum dictorum, ex universo opere Anglicano adornaret. Is enim sine dubio magnam ab æqvis rerum æstimatoribus omnibus iniret gratiam, quandoquidem non omnium est Centum statim imperiales expendere pro Bibliis Anglicanis. Aut si quis putet, à memetipso auxilium hic ferendum esse, qui id Consilium dederim, lubens annuo, modo sit, qui sumtus operi huic edendo ferre & suppeditare velit.

(θ) *Lexicon* autem Universali præcedentium Lingvarum, si quis ultimo loco desideret, inserviet initio Clariss. Dn. *Joh. Frid. Nicolai*, Superintendentis qvondam in Diœcesi Saxo-Lauenburgicâ meritissimi, Amici & Antecessoris mei in Adjunctura Facultatis. Philosoph. ap. Jenenses Charissimi, *νῦν ἐν ἁγίοις*, *Hodogeticum Orientale*.

In ma-

In majores autem profectus comparari poterit incomparabile illud *Lexicon Heptaglotton*, qvod An. 1669. immenso labore, corporisqve & fortunæ viribus per sedecim annos exhaustis fere omnibus Orbi Christiano dedit Vir bono publico & illustri stemmate natus fere πολύγλωττος *Edmundus Castellus* Fautor, Præceptor & studiorum meorum Orientalium in Anglia qvondam Promotor Candidissimus, indeqve ætatem à me devenerandus, cui hìc tum pro hoc, tum & pro altero vegrandi labore Bibliis Anglicanis insumpto, publicas, easqve, qvantas possum, ago gratias; imprimis verò, qvod licet ipsius operâ pleraqve Anglicani Operis prodierint, neutiqvam tamen *Apparatum* ejus seu *Prolegomena*, (qvatenus Sacri Textus authentia & integritas in iis pessimè destruitur) per omnia approbat Vir idem Optimus. Qvid igitur restat, qvàm ut seni huic laboriosissimo gratâ voce & pectore apprecemur solenne illud Eucharisticum Arabum:

اوله الله في الجنة

Introducat eum DEUS in Paradisum.

Plura aliàs cum Lect. Ben. communicabo, hisce in præsens metam & temporis & chartarum fixit angustia. Interea confido & à bonitate causæ & dexteritate judicii Tui, Lect. Ben. expecto, & benevolentiam & charitatem mihi ap. Te esse conciliatum, juxta illud Ciceronis lib. I. de finibus, *Liberalitate qui utuntur, benevolentiam sibi conciliant, & qvod optimum est ad qvietè vivendum, charitatem.*

בְּנֹךְ יֹאצֵי

Ad pag. 33.

TABULA SYNOPTICA.

COMPENDII HEBRAISMI RESTITUTI.

CAP. I. DE ELEMENTIS LINGVÆ HEBRÆÆ.

REG.

I. De Lectione ⁊ϑ : *Schva.*
II. De nativâ ſede ⁊ϑ : *Schva.*
III. De *Schvajim* ſimplicium *Concurſu* ſub litt. non Guttularibus.
IV. De *Schvajim* Compoſitorum *Conciſione*, ſeu reſolutione in ſimplicia.
V. De *Schvajim* Compoſitorum *Craſi*, ſeu Contractione.
VI. De *Dageſch* leni.
VII. De *Dageſch* forti, ubi ſimul de *Mappik.*
VIII. De *Syllabâ* ſimplici & compoſitâ.
IX. De *Accentûs* Tonici locô ſeu *ſede* nativâ.
X. De *Accentûs* Tonici *translocatione*, indeqve Vocalium mutatione.
XI. De *Accentu* Euphonicô Metheg.
XII. De ֲ *chatuph* diſcernendô à ָ longô, & ֳ Chatephkametz.

CAP. II. DE ETYMOLOGIA ſeu NOTATIONE VOCIS.

XIII. De Literis *Radicalibus* & *Servilibus in genere.*
XIV. De punctis literarum *Radicalium* & *Servilium in genere.*
XV. De Diviſione litt. Servil. & in ſpec. de Literis Eſſentialibus הֵאֱמִנְתִּיר
XVI. De Literis ſervilibus Extraeſſentialibus (1.) Paragogicis אָהֳרוֹנִית
XVII. De Literis ſervilibus Extraeſſentialibus (2.) Epentheticis אֲוִיר
XVIII. De Literis ſervilibus Extraeſſentialibus (3.) Conſignificativis מִשֶּׁה וְכָלֵב

CAP. III. DE NOMINE.

XIX. De Nominis (1.) *Forma.* (2.) *Qvalitate.* (3.) *Genere.* (4.) *Motione.* (5) *Comparatione.* (6.) *Caſibus.* (7.) *Declinatione.* (8.) *Statu triplici.*

CAP. IV. DE PRONOMINE.

XX. De Pronomi inibus, tum Separatis, tum Affixis.

CAP. V. DE VERBO REGULARI.

XXI. De Conjugationibus *in genere.*
XXII. De Temporibus *in genere.*
XXIII. De Conjugatione *Kal.*
XXIV. De Conjugatione *Niphal.*
XXV. De Conjugatione *Piel.*
XXVI. De Conjugatione *Pyal.*
XXVII. De Conjugatione *Hiphil* & *Hophal.*
XXVIII. De Conjugatione *Hithpaël.*

CAP. VI. DE ANOMALIIS VOCUM IRREGULARIUM.

ob litt. vel *1. Gutturales*, vel *2. Qvieſcentes*, vel *3. Defectivas.*

XXIX. De Anomalia literarum אהחע in recipiendô Schva mobili.
XXX. De Anomalia literarum אהחע in recipiendô Schva qvieſcente.
XXXI. De Anomalia literarum אהוי in genere.
XXXII. De Anomalia א tertiæ ridicalis.
XXXIII. De Anomalia ה tertiæ radicalis, *non creſcentis à fine.*
XXXIV. De Anomalia ה tertiæ radicalis *creſcentis à fine.*
XXXV. De Anomalia ח ſervilis, aliqvando mutatæ in ת.
XXXVI. De Anomalia ו mediæ radicalis.
XXXVII. De Anomalia ו primæ radicalis.
XXXVIII. De Anomalia נ primæ radicalis defectivæ.
XXXIX. De Anomalia נ tertiæ radicalis defectivæ.
XL. De Anomalia ת *Schvati* defectivi.
XLI. De Anomalia mediæ geminatæ, Defect. in Conjug. *1.* & *3.*
XLII. De Anomalia mediæ geminatæ, Defect. in Conjug. *2.* & *4.*
XLIII. De Anomalia verborum *confundentium formas.*

CAP. VII. DE MUTATIONE VOCALIUM.

XLIV. De Vocalium *alternatione Euphonicâ.*
XLV. De Vocalibus *immutabilibus.*
XLVI. De Vocalium mutatione *in Nomine*, ob incrementum fin. aut Regimen.
XLVII. De punctis *Suffixorum in verbis*, (ipſisqve *Verborum Suffixis.*)
XLVIII. De Vocalium mutatione *in Verbis*, ob ſuffixa.
XLIX. De mutatione *Terminationis ſervilis* Verborum ob ſuffixa.
L. De Vocalium mutatione *in particularum affixione* cum Pronom. Perſ.

APPEND. I. De Idiotiſmis Syntacticis.
APPEND. II. De Poëtica Hebræorum.

F I N I S.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn767031385/phys_0045
DFG

ATRII LINGUÆ S.

PARS II.

Seu

COMPENDIUM GRAMMATICUM HEBRAISMI RESTITUTI

Dn. D. Wasmuthi:

Not. Numeri in margine positi indicant paginas Hebr. Wasmuthiani: Sed (*) *asteriscus* Regulis appositus arguit *Singularia* ibid. occurrentia quærenda esse in Hebraismô paginâ in marginæ positâ.

CAP. I. de Element: Linguæ Hebr:

SECT. I. De Literis.

Literæ Hebræorum sunt XXII. omnes Consonæ, quarum considerandæ sunt

Nom.	Fig.	Potestas.		Nom.	Fig.	Potestas.	
Aleph	א	Spiritus lenis, sumens sonum adscriptæ Vocalis.	1	Lamed	ל	l	30
Beth	ב	bh	2	Mem	מ	m	40
Gimel	ג	gh	3	Nun	נ	n	50
Daleth	ד	dh	4	Samech	ס	s acutum	60
He	ה	h Spiritus asper.	5	Ajin	ע	Spir. asperr.	70
Vau	ו	v Consona.	6	Pe	פ	ph	80
Sajin	ז	s lenis.	7	Tzade	צ	tz	90
Hheth	ח	hh Spir. asperior.	8	Koph	ק	k	100
Thet	ט	t	9	Resch	ר	r	200
Jod	י	j	10	Schin	שׁ	sch	300
Caph	כ	ch	20	Sin	שׂ	s lene	
				Thau	ת	th	400

Not. Dividuntur literæ vel (I.) ratione scriptionis (a) in *Finales*, quæ sunt כמנפצ Camnæphæz, & sumunt in fine vocum hanc figuram ץ ן ם ף ך, & (b) *Dilatabiles* sc. אהוחלמרת quas adhibent ad explenda linearum spatia.

(II) Ratione Organorum, & sic Literæ sunt vel *Gutturales* אהחע *Ahahha* & æmula ר; vel Linguales דטלנת *Datlænæth*; vel Palatinæ גיכק *Gichak*; vel Dentales זסצרש *Saszaraſch*; vel Labiales בומף *Bumaph*, ubi observ.

Regula:

Literæ unius organi facile inter se permutantur.

Paginæ Hebraismi restituti.

2

3

SECT. II. De Vocalibus.

Vocales Hebræorum sunt X. *nimirum*

5. *Longæ.*				5. *Breves.*			
Kametz	◌ָ	a	*amo*	Patach	◌ַ	a	*annus.*
Tzere.	◌ֵ	e	*metus*	Sægol	◌ֶ	e	*æstas.*
Chirek longum	◌ִי	i	iter	Chirek breve	◌ִ	i	*inter.*
Cholem	(◌)וֹ	o	onus	Kamezchatuph	◌ָ	o	*olla.*
Schurek	וּ	u	durus	Kübbutz	◌ֻ	ü	*hymnus.*

Nota (1) ◌ִי & וֹ sæpe abjiciunt fulcrum, sed וּ nunquam, ut: הַקְּמִתִּי.

(2) Cholem sæpè per puncta שׂ & שׁ designatur.

SECT. III. De Vocali Impropria, Schvâ,

Schva Hebr. est Vel *Simplex*, hujus figuræ (:) nullumq; sonum habet:

Vel *Compositum*, quod est triplex, nim.

Chateph-patach, hujus figuræ ◌ֲ, quod *a* brevissimum sonat.

Chateph-Sægol, hujus figuræ ◌ֱ, quod *æ* brevissimum sonat.

Chateph-Kametz, hujus figuræ ◌ֳ, quod *o* brevissimum sonat.

Not. Hæ vulgo dicuntur *brevissimæ vocales*, suntque celerrimæ pronunciationis, ita quidem, ut nunquam cum litera sua faciant Syllabam, nec unquam Accentum sustinere possint.

REGULA I. De Lectione ת Schva.

Litera habens Schva cum sequente literâ facit Syllabam, (*& tunc Schva illud vulgò dicitur* Mobile), sitq; (1) ab initiô vocis. (2) sub Dagesch. (3) post longam (*aut longæ vicariam*) Accentu Tonicô destitutam, (4) post Metheg (*sive expressum sive subintellectum*) & (5) post aliud Schva, ut: פְּרִי *prî.* יִפְקְדוּ *pik-Kdhû.* פָּקְדוּ *pa-Kdhú.* תִּפְקְדוּ *tiph-Kdhú.* Sic & Schva Compositum, (*quod semper* Mobile *est*), ut: חֲצִי *bhazî.* אֲמֹר *amór* חֲלִי *bholi*, quæ omnia monosyllaba sunt.

Exc. Litera habens Schva cum præcedente litera facit Syllabam (*& tunc Schva illud vulgo dicitur* Quiescens)

1. Post vocalem parvam, sine intercedente Metheg aut Dagesch, ut: אַפְקֹד *aph-Kódh.* מַלְכִּי *mal-kî.* Sed intercedentibus his (*sive expressis sive subintellectis*), Schva illud fit Mobile, ut: וַיְהִי vel וַיִּהְיוּ *va-jhi.* הַמִּכְסֶה *ha-mchas-se.* הַמְנַשֶּׁה *ham-mnasch-schæ.*

2. Im-

Immediatè post tonum vocis, (*sive præcedens Vocalis sit longa, sive brevis*) ut: תִּפְקְדֵנָּה *tiph-Kódh-na*. פָּקְדֵנוּ *pa-Kâdh-nu*.

Not. Particula נָּ pro נְ cum sequ. litera facit Syllabam, & sequens (:) est quiescens, nisi forte intercedat Metheg, ut וּפְקֹד *uph-Kodh*. Sic וּמִי *umi* est monosyllabum.

REG. II. De nativâ sede Schva. 7

Memb. I. Omnis Litera mobilis, vocali destituta, habet Schva, vel *expressum* sub prima & mediis literis, vel *subintellectum* sub ultimâ, ut פִּקְדֵהֶם. Pik-kadh-tæm, *sæpè visitâstis*.

Not. (1) Pro Subintellecto Schva ultimæ literæ Gutturales עחה, post vocalem longam (præter ־), & post ׃ vicarium sui ְ, sumunt *Patach Gnubha*, quod ante consonam celeriter pronunciatur ut: אֱלֹהַּ *Eloah* רוּחַ *Rûah*.

(2) Exprimitur (:) in ךָ finali; & (*exprimitur*), si penultima quoq; litera habuerit Schva expressũ, ut וַיִּשְׁבְּ ubi pro priori (:) sub Guttur. ח vel ע post vocalem paryam, venit pathah furtivum, ut: לַקַּחַתְּ *La-ka-ahht*, non *La-ka-hhat*.

Membr. II. Quatuor hæ Literæ אֲהוִי vocali destitutæ, non admittunt Schva simplex, nec expressum in mediô, nec subintellectum in fine, sed quiescunt tunc in præcedente vocali homogeneâ; unde *Quiescentes* appellantur. Et quidem 8

א) perpetuo ferè, ut בְּרֵאשִׁית, bre-schith, *in principio*.

ה) sine Mappik in fine, ut גָּלָה *gala*. Contra: גַּבֵּהּ *gabbah*.

ו) tantum post Cholem & Schurek, ut: טוֹב *tobh bonus* טוּב *tubh bonitas*. Nisi tamen duas contiguas habeat vocales, ut: קוֹמֵם *Kovim*, non *Koim*.

י) tantum post *Chirek*, *Tsere*, vel *Segol*, & in *Affixô* יָ, *ut* בֵּיתִי be-thi, *domo mea*, בְּיָמֵי bi-me, *in diebus*. דִּבְרָךְ dbha-ræ-cha, *viæ tuæ*. פָּנָיו pa-náv, *facies ejus*.

REG. III. De concursu Schvajim simplicium sub literis non gutturalibus. 9

Sed sub Gutturalibus vid. *Reg. 29. Memb. II.*

Memb. I. Cum duo Schvajim concurrunt in eâdem syllabâ, prius mobile mutatur in Chirek parvum, ut בִּרְבַּר pro בְּרַבֵּר *in verbo*.

Exc. Pro illô *Chirek* sumitur (1) *Pathach tùm* ante ר, sub litera radicali, ut: à דֶּרֶךְ, דַּרְכּוֹ pro דִּרְכּוֹ, (Exceptis his VII. quæ Chirek retinent, scil. בֶּרֶךְ, קֶרֶב, פֶּרֶשׁ, פֶּרַח, פֶּרֶץ, פֶּרֶד, גֶּרֶשׁ.

tùm in polysyllabis in ת־, ut ab אוֹלֶת, אִוַּלְתּוֹ pro אִוֻּלְתּוֹ,

tùm in 21. vocibus ut: כֶּסֶף, מֶלֶךְ, נֶפֶשׁ, צֶלֶם, צֶרַע, קֶרֶם, קֶשֶׁת, רֶגֶל, כֶּלֶב, דֶּלֶת, גֶּפֶן &c.

(2) ־ in 7. vocibus seqq. קֶצֶף, קֶצֶב, נֶגֶר, נֶגֶד, לֶכֶת, שֶׁחַת, גֶּרֶל.

10 Sic à formâ פְּרִי fit פִּרְיוֹ, & פֶּרִךְ.

Memb. II. Posteriori Schvâ pereunte, prius redit, ut פְּרִי pro פִּרְחוּ *crescite.* *

REG. IV. De Schvajim compositorum concisione seu Resolutione in simplicia.

Omne Schva compositum, sequente Schvâ simplici conciditur, manente nihilominùs (sub præcedente literâ) punctô primariô à Gutturali eò substitutô pro Schva vel Chirek, ut pro יַעַמְדוּ, fit יַעֲמְדוּ vel יַעִמְדוּ *stabitis.* Sic pro תַּחְטְאוּ fit תַּחֲטְאוּ vel תַּחִטְאוּ At (־) Chateph Kametz semper tantum

11 Schva abjicit, ut אַהֳלֹכֶם pro אָהֳלֹכֶם.

REG. V. De Schvajim Compositorum crasi seu contractione.

Schva compositum sub א radicali, cum præcedente signo compositionis sæpè per Crasin contrahitur; & quidẽ ־ֲ in ־ָ;

12 ־ִ in ־ֵ, & hoc frequenter etiam in ־ֶ, rariùs in ־ְ, ut בֶּאֱלֹהִים pro בֵּאלֹהִים sic בַּאדֹנָי pro בַּאֲדֹנָי *in Domino.*

SECT. IV. De Dagesch & Mappik.

REG. VI. De Dagesch Leni.

Dagesch lene est punctum, quod imprimitur sex literis בְּגַדְכְּפַת aspirationem (*quæ in MSct. ordinariè per lineam* Raphe *indicatur*) ab iis tollens; quod fit

Memb. I. Ab initio vocis, & quidem extra contextũ perpetuò;

13 at intra Contextum, si (α) præcedens vox terminetur literâ mobili, non exeunte in vocalem longam, ut: בְּרֵאשִׁית בָּרָא.

(β) Si

(β) Si præcedens vox habeat Accentũ Distinctivũ, ut Gen. 1, 27. וַיִּבְרָא (γ) sub quibusdam aliis Conditionibus, quas vid. in Hebr. Rest.

Memb. II. In mediô vocis, post Schva quiescens; ut: מַלְכּוֹ 14 *rex ejus.*

Exc. Non imprimitur Dagesch, si Schva præcedens quiescat, vel ob præfixum, vel ob paucas alias conditiones, quas vid. in Hebr. Rest.

Memb. III. In fine vocis, itidem post Schva quiescens; ut וַיָּשָׁב *vaj-jîsch*, vel etiam post-*furtivum* ut וַיִּחַד *vaj jiahhd.*

REG. VII. De Dagesch Forti. 15

Memb. I. Dagesch forte est punctum, quod literæ impressum, pronunciationem ejus geminat, ut פִּקֵּד *pikkedh*, sæpè visitavit.

Not. Excidit verò Dagesch forte (1) è litera Schvata, præcipuè è jod schvato, compensante id Metheg. ut: וַיְהִי pro וַיִּהְיִי & fuit (2) si vocalis literæ perit.

Memb. II. Dagesch forte ordinariè post vocalem brevem tantùm literis est imprimendum. Si verò obtingat post longam, corripitur ordinariè hæc in oppositam brevem; nim. ־ in ־, ־ in *chireck* vel ֵ, ֹ in *Chatuph* vel ָ, וֹ in ו, ut מַיִם *mare* מַיִם *maria*, לִבִּי לִבִּי *cor meum*, תֻּמּוֹ תֻּמּוֹ *integritas ejus.* *

Memb. III. Dagesch forte non potest imprimi literis Guttur. 16 אחהע nec ר. Hinc ad ejus compensationẽ, præcedentes vocales breves mutantur in oppositas longas, scil. ־ in ־; ֻ & Chirek in ־; ־ *Chatuph* & ָ in וֹ; ut בְּרוּךְ pro בְּרֻךְ *benedicet*, aut si maneant breves, valent tamen longas. *

Not Dagesch ex ן & ן excluſum rarius compensatur.

